Q. D. B. V.

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

DIE TRICESIMO

VULGO

Vom Dreyßigsten

QUAM

AUXILIANTE DIVINO NUMINE, EX DECRETO
ET AUTORITATE

MAGNIFICI JCTOR. ORDINIS

PRÆSIDE

DN. CASP. HENR. HORNIO

J.U.D. ET ANTECESSORE, CURIÆ PROVINC.
SCABINATUS, ET JURIDICÆ FACULTATIS
ASSESSORE GRAVISSIMO


PATRONO SUO, AC PRÆCEPTORE HONORATISSIMO

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES AC PRIVILEGIA
RITE CONSEQUENDI

IN ILLUSTRI ACADEM. VITTEB.

DIE XVI. APRIL. MDCXCV.



PUBLICE VENTILANDAM EXHIBUIT

JUSTUS PETRUS BÖTTICHER, Francoh. Schwarzb.

IN AUDITORIO MAJORI

H. L. Q. C.

EDITIO TERTIA.

VITEMBERGAE, LITERIS VIDUAE GERDESIANAE. 1719.



I. N. J.

DE
DIE TRICESIMO.

§. I.



Orem ac ritum defunctorum corporibus justa persolvendi juris quodammodo naturæ,& gentium institutum esse antiquissimum, illumque omnibus gentibus,qui inter bene moratos ac cultos locum aliquem sibi vindicarunt, non tantum circa amicorum ac propinquorum,sed etiam hostium corpora semper curæ cordique fuisse, Historicorum monumenta ubivis nos plus quam satis edocent. Inprimis vero Græcos ac Romanos maximopere hæc observasse, multumque studii ac operæ iis impendisse, varii illorum ritus,varia instituta, variaque ac magna elogia ab ipsis huic supremo officio tributa, ac indita satis superque testantur, quæ hic enumerare nimis longum foret; in compendio vero ea exhibet. *Grot. de jur. bell. & pac. L. 2. c. 19.* De variis vero sepeliendi ritibus ac modis agunt *Johann. Kirchmann. de Funer. Romanor. Jacob. Gutherius de jure Manium* integris Tractatibus, alii-

Religio Sepulturæ.

que Romanarum, Græcarumque antiquitatum ſcriptores paſſim.

Apud Romanos.

II. Hiſce, juſtis ſecundum morem ſuæ gentis & pro conditione defuncti peractis, magna quoque erga loca illa, ubi officium hoc perſolutum, corpusque rite illatum erat, remanſit reverentia ac pietas, adeo, ut ea divinis rebus accenſere, parique cum iis jure fere habere non dubitarent, *v. L. 1. de R. D. & L. 1. ff. de Interdict.* cum & ipſis firmiſſime perſvaſum eſſet, Deos Manes ſedes ſuas ibi conſtitutas habere. Inde quo illud eo magis hominum animis inſtillarent, ac venerationem quandam erga illa in iis excitarent, atque ab omni inſultatione libera ac tuta præſtarent, tale nomen iis indiderunt, quod audientibus horrorem quaſi incuteret, & ab omni impietate, ſi forte aliquam illic committere tentarent, eos averteret, religioſa ſcilicet ea appellando, quaſi dicerent: religioſum licet proprie ſacrum non ſit, dum non ut aliæ res ſacræ per Pontifices ſolenni more Diis dabatur, dedicabatur, ac conſecrabatur, eſſe tamen aliquid, quod propter ſanctitatem ſuam, ab inhabitatione manium, ſecundum Gentilium opinionem, acceptam, ut paulo ante dictum, remotum ac ſepoſitum a nobis eſſe debeat, a relinquendo quaſi nomen trahens: & inde etiam nomen illud religionis, Deorum cultum alias *juxta Cic. 2. de Nat. Deor.* ſignificans huc traductum, majorum ſepulchra cum aris templisque Deorum conjuncta, unumque ac eundem fere honorem iis habendum eſſe, conſtitutum eſt.

Pœna in violatores ſepulchrorum.

III. Quem honorem & reverentiam cum apud nonnullos exiguum fereque nullum deprehenderent non tantum apud illos, qui magicis artibus operam dabant, quibusque alias reliqua omnia ad religionem ſpectantia ſusque deque habere, & inde acciendis manibus ſepulchra adire, oſſa legere, mortuos polluere, contrectare, ſpoliare, oſſibusque in rem malam abuti, in more poſitum erat; ſed apud alios etiam, qui, ut injurias a defuncto adhuc vivo acceptas etiam poſt

fata

fata ulciſcerentur, aut commodum aliquod, ac lucrum ex ornamentorum ablatione ſibi procurarent, monumenta ſæpiſſime deformabant ac deſtruebant; hinc quo horum petulantiæ, ac libidini obicem ponerent, priſtinamque ac debitam dignitatem religioſis hiſce locis vindicarent, atque omni injuria ſarta tecta conſervarent, gravibus pœnis in ejusmodi ſepulchrorum violatores animadverterunt, quas, ne hic in iis recenſendis prolixiores ſimus, *ex Tit. ff. & C. de Sepulchr. viol. & autoribus, ſupra §. 1. citatis*, plenius cognoſcere licet.

Chriſtianorum ſtudium circa ſepulturam.

IV. Ad Chriſtianos primævos quod attinet, nec eos hac in parte officio ſuo defuiſſe, ſed corpora pie defunctorum ampliſſimis funeribus elata terræ mandaſſe, magnamque poſtea reverentiam iis locis exhibuiſſe, ex ſcriptis SS. Eccleſiæ patrum cognoſcimus. De more enim ſpargendi flores ſuper tumulos mortuorum *apud D. Hieronymum, & Prudentium*, & de religione ſanctorum inprimis martyrum cenotaphiis exhibita *apud eundem, & Theodoretum* varia extant teſtimonia, quæ hic adducere ſuperſedemus. Quos quidem non ea, quæ Gentiles, permovit cauſa, ſed alia longe juſtior: quod ſcilicet ſint dormitoria, in quibus corpora defunctorum tanquam membra Chriſti & habitacula Spiritus Sancti, pretioſo iſtius ſangvine redemta, in ſpem futuræ reſurrectionis usque ad diem illum pantocriticum placide quieſcunt, ex quibus poſtmodum, tanquam ſemen ex agro, iterum prodire & exurgere debent; *1. Cor. XV, 42.* unde etiam Gottes Acker non inconcinne dicuntur. Notiſſimæ ſunt hac de re Chriſtianorum Imperatorum conſtitutiones, quibus reverentiam, & religionem ſepulchrorum tuentur, quas egregiis commentariis illuſtravit *Jacobus Godofredus in Codice Theodoſiano.*

Juſtiniani hac de re Conſtitutiones.

V. Hos imitatus Juſtinianus, quo & de ſua pietate erga defunctos poſteris conſtaret, eosque ad ſimilem excitaret, cum videret pœnam L. librarum auri, aut ſi delinquens ſol-

ſolvendo non eſſet, corporalem, ab Anteceſſore ſuo, & patre adoptivo Juſtino *in L. f. C. de Sepulch. viol.* creditoribus inhumanis, avaris & impiis, qui ne moribundis quidem debitoribus quandoque parcebant, nec a defunctis vim cohibebant, ſed ædes eorum ingrediebantur, & ſignacula bonis ſine judicis autoritate imponebant, imo defunctos ſepeliri prohibebant, usque dum ſuum fuerint conſecuti, aut heredes pignora, aut fidejuſſores dederint, ceu ſepulchrorum violatoribus, quos æque ac ſacrilegos, imo magis interdum, anteriores Principes deteſtabantur, uti videre eſt *ex L. 5. C. d. t.* ſtatutam, tanquam levem ab iis inſuper haberi, *per Nov. 60. c. 1. & ex ea deſumtam authent. Item. C. de ſepulchr. viol.* illam Imperatoris Marci nomotheſiam *in L. pen. ff. ad L. Jul. de vi privat. junct. L. ult. eod. tit. & L. 12. §. ult. cum L. ſeqv. extat. ff. quod met. cauſ.* huc traxit, eosque amiſſione juris crediti, & tertia bonorum parte multavit, infamiaque notavit, ſed & auxit, heredibus tali injuria affectis alterum tantundem præſtari debere ſanciendo. In quo non ſubſtitit, ſed ulterius *per Nov. 115. c. 5. & auth. Sed neque. C. de Sepulchr. viol.* certum tempus, novem ſcilicet dierum, præfinivit, ac ſtatuit, intra quod nullum ex defuncti relictis inquietare, aut actione pulſare liceat, & quicquid contra factum fuerit, hoc ipſo jure ſit nullum, *vid. Rittershuſ. ad Nov. P. 13. c. 6. num. 6. Dn. Brunnem. in Commentar. Cod. ad tit. de ſepulchr. viol.* idque ideo, partim quo heredes eorumque familia, quæ ex tempore mortis *ſecundum Cajum in L. 28. §. fin. ff. de ſtipulat. ſervor.* funeſta facta intelligitur, eo melius funus defuncti debitis lacrymis proſequi, & ea, quæ ad juſta ac μνημόσυνα defuncto rite perſolvenda facere videntur, comparare ac in ordinem redigere queant; partim quia funeris cauſa eſt publica, *L. 43. ff. de relig. & ſumt. fun.* & ideo, qui funus ducunt, vel juſta mortuo faciunt, in jus non vocandi, aut alio modo laceſſendi, *L. 2. & 3. ff. de in jus voc.*

Novem dies quietis.

VI.

VI. Licet vero *secundum Rittershus. ad Novell. P. 9. cap. 11. num. 13. & Perez. ad Cod. de Sepulchr. viol. num. 8.* tempus hoc justorum faciendorum, puta novem dierum, & inde dependentis quietis, hodie non amplius observetur: moribus tamen Germanicis aliud, & longius quidem jam diu introductum esse, experientia ususque fori abunde satis docent. Sane apud Saxones jam seculo XI. menstruam ab obitu suorum quietem usu receptam fuisse, *Dithmarus, Episcopus Martisburgensis*, qui seculo hoc vixit, & aliquot Imperatorum Saxonicorum res gestas historia sua complexus est, testatur, quando *L. 5. Chronici* de cæde Eccardi I. Marchionis Misniæ agens, hunc in modum scribit: *Hermannus, accepta nece parentis improvisa, cum matre celeriter occurrit, patrisque corpus ingenti luctu suscipiens, in urbe, quæ Jena dicitur, sepeliri fecit. Peracto autem tricesimo die domina Svonchilda ad Misni proficiscitur cum filiis.* Cujus spatii etiam *autor Speculi Saxonici L. 1. art. 20. 22. 33. L. 3. art. 15. & alibi passim* meminit. Apud alios Germanos eundem morem observatum fuisse, ex inspectione *Speculi Svevici* apparet, *ubi sub titulo* von Erbtheil *apud Meichsnerum pag. 57. & apud Goldastum* in Reichs-Satzungen. *P. 1. fol. 86. sub tit. 263.* quietis illius tricesimalis satis larga fit mentio. Porro jure Lubecensi illam esse receptam, *articulus 27. T. 2. P. 2.* satis docet, *quem locum celeberrimi Mevii Commentarius optime declarat.*

Saxonum mores de 30. diebus.

Dithmari locus.

Loci Speculi Sax.

Locus Speculi Svevici.

Jus Lubecense.

VII. Spatium triginta dierum in jure civili etiam famosissimum esse, ejusque conditores hoc temporis intervallo quamplurimas res inclusisse, omnibus notum est, qui iuris istius non plane sunt ignari. Neminem etiam latere potest, patrii juris autoribus tempus illud non displicuisse, atque adeo tum in veteribus Germaniæ Legibus, tum in recentioribus Imperatorum constitutionibus haud paucis negociis esse statutum. Ego prætermissis aliis omnibus, quæ jam alii, *ut Eustathius Libro de temporalibus intervallis apud Cujacium Oper. Tom. 1. pag. 550. Oldendorpius de Usucapionibus* at

De hoc spatio agit etiam Jus Civ. Patrium jus.

Autores, qui casus jur. civ.

collegerunt, *præscriptionibus*, *ac Dominus D. Simon*, *Antecessor Hallensis celeberrimus*, *in Dissertatione de temporibus præscriptionum.* (*Ill. Dn. Stryk. de act. investig. Sect. IV. m. 4.*) attigerunt ac collegerunt, in præsenti Dissertatione inaugurali sollicitus ero

Propositum Diss. præsent. tantum, ut ostendam, quid Jure Saxonico potissimum post obitum alicujus intra hoc tempus fieri possit, & quid non possit qualem item effectum post effluxum illud relinquat, ita tamen, ut in reliquis Germaniæ juribus hac de re occurrentia & huc facientia non plane negligam, sed paucis quoque attingam. Deus T. O. M. cœptis meis clementissime annuat, ut omnia recte ac feliciter procedant. Benevolum vero Lectorem obnixe rogo, ut hos meos conatus pro sua humanitate benigne interpretetur.

Præliminaria quædam de diei vocabulo. VIII. Antequam vero ad institutum propius accedam, pauca quædam de spatio illo temporis, quod *Diem* vocamus, existimo esse dicenda. Unde hæc vox derivetur, scrupulose non indagabo. Sive enim a Deo, quo motore dies existit, ut *Varro* vult *L. 4. de Lingv. Lat.* sive a Jove, qui Δὶς græce vocatur, & a Romanis Diespiter, vel a dio, ut alii scribunt, parum id pertinebit ad præsens negocium. Quemadmodum etiam parum intererit, si maxime nesciamus, unde Germanica vox Tag ortum capiat, quam primitivum esse, forte non male quis dixerit. Spatii vero illius, quod voce diei, vel Tages venit, apud varias gentes non unam fuisse rationem, lectio Autorum nos docet, *vid. Macrob. Saturn. 3. Gell. 3. 2.* Sed cum nimis operosum foret, omnium populorum recensere instituta, satis officio meo fecisse arbitror, si ex Romanorum placitis pauca quædam saltem delibavero.

Distinctio diei in naturalem & civilem. Nota est horum distinctio diei *in naturalem & civilem:* Hic spatium temporis est, quo æquator totus circa terram circumvolvitur, & sol motu primi mobilis ad eundem meridianum redit, atque sic noctem complectitur; ille temporis spatium dicitur, quo sol commoratur supra nostro horizonte. Usus *civilis illius diei* conditæ urbi fere est coævus,

vus, atque in urbem ex castris delatus. Inchoabatur a media nocte, tanquam a prima militari vigilia, quam gallicinium, post diluculum sive aurora, deinde mane, meridies, occasus, vesper, concubium sequebantur: ipse quoque postea, quum post 300. fere annos ab U. C. horologiorum usus *secundum Plinium L. 7. c. 60.* cœpit, in 24. horas divisus est. *L. 8. ff. de Fer.* Similem divisionem, sed pauciorum horarum, naturalis dies expertus est, qui horologiis receptis duodecim horis cœpit circumscribi. Quæ tamen horæ per totum anni decursum non æquales erant, sed modo breviores, modo longiores, pro diversa nempe commoratione solis supra horizontem. *Gœddæus, & Cujac. ad L. 2. ff. de V. S. §. 1. Conf. Willhelm. Langus de ann. Christi L. 1. c. 3.* Ab hac diei distinctione illiusque vario usu apud Romanos promanasse volunt etiam diversam ad civium Romanorum negocia computandi rationem. *Civilis diei* usum in illis fuisse dicunt, quæ ex LL. XII. Tabb. (nam cum illæ conderentur, nullius alius, quam civilis in Rep. usus erat) aliisque postea latis LL. dependebant; naturalis vero diei computatio, quæ juris naturalis factique erant, atque a Prætore introducebantur, applicabatur, quam sententiam *Gœdd. aliique DD. ad d. L. 2.* late explicare solent. Neque etiam distinctio ista effectu destituebatur, quandoquidem, quicquid aliqua parte diei civilis, qui a lege antiquitus nec distinguebatur, sed habebatur individuus, factum esset, illud dicebatur qualibet ejus diei parte factum *d. L. 8. de Fer.* atque adeo dies cœptus pro completo habebatur. Quæ omnia in usu naturalis diei secus se habebant, ubi tempus a momento in momentum numerabatur, atque totus non habebatur dies, nisi penitus exactus, *L. 3. §. Minorem 3. ff. de Minoribus. conf. Pancíroll. L. 1. rer. memorab. de horis & clepsidris. Cujac. L. 15. Observ. 32.* Hæc ita a DD. passim tradita reperiuntur. Quod si tamen ad exemplorum enarrationem res devenit, vacillare illos video, variaque dubia istam premere sententiam. Infeliciores ad-

Usus hujus distinctionis.

Effectus distinctionis.

huc his illi sunt, qui diei computandi rationem favore & odio negociorum metiuntur, *ut Gloss. L. 3. §. 3. ff. de Minor. id. Gœdd. d. l.* Qua de causa parum abest, quin cum Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Disp. 22. th. 4. lit. b.* credam, diversitatem illam, quando dies cœptus pro completo interdum habetur, interdum de momento in momentum currit, a mera dispositione legis dependere, cum vix ulla solida semper ratio differentiæ dari possit. Illud vero non prætereundum, quosdam Interpretes & hodiernos quoque Mathematicos illum, quem civilem diximus, naturalem dicere, eum vero, quem nos naturalem vocavimus, appellare artificialem. *Gloss. in L. 8. ff. de Fer. Ricciol. in Almagest. L. 1. c. 24.* Quomodo jus Canonicum dies computet, vid. in *Cap. 2. X. de Fer. & Loc. commun. qui Extravag. subjiciuntur.*

Alia diei divisio in continuos & utiles.

IX. Est & alia juris civ. divisio, qua dies *in continuos & utiles* discernuntur *L. 1. ff. de divers. & temp. præscr. L. 4. §. 5. de stat. lib. Continui*, vel uti *Modestinus* loquitur in *L. 10. §. 3. ff. de Excus. tut.* copulati, continue sine interruptione currunt, nulla habita ratione, an sint feriati, vel non, an præsens quis, an absens, an haberi possit copia judicis, vel non, sitne facultas agendi, vel defendendi, nec ne. Vocari solent a Græcis Ἡμέραι συνημμέναι & συνάπται. *Utiles* sunt, in quorum cursu hæc omnia attenduntur, ita, ut non currant dies feriati, & tempus absentiæ, ignorantiæ, justive impedimenti in judice, actore, reo, subducatur. *Ant. Bardus de Temp. util. & contin. c. 2. n. 61. Gentil. de divers. tempor. appell. c. 14.* Hæ dierum species interdum commiscentur, ut nempe tempus vel absolute utile vel continuum sit, tum quoad initium, tum quoad cursum, *§. 6. I. de Bon. poss. L. 31. §. 1. de Usucap. L. ult. C. de long. temp. præscr.* interdum vero secundum quid, ut scilicet initium sit utile, cursus vero continuus, *L. 3. C. quom. & quand. jud. sent. prof. L. 6. ff. de Calumn.* Illius vero temporis, quod ab initio continuum, postea vero utile, exemplum hactenus nondum, quantum scio, repertum fuit. Quibus in negociis

hæc

hæc vel illa computandi ratio habeat locum, nimis prolixum foret dicere, & cum a mera voluntate Legislatoris maximam partem dependeat, generalibus regulis vix comprehendi poterit. Adducenda tamen hæc fuere, ut ad ea, quæ dicenda, nos præparemus.

X. Antiquiſſimos Germanos non dierum, nam tempus, uti Judæi, poſt occaſum ſolis auſpicabantur, numerum, ſed noctium computaſſe, ſicque *conſtituiſſe*, *ſic condixiſſe*, *ut nox*, (quæ & reapſe prior fuit die, *Gen. I, 5.*) *ducere diem videatur*, *Tacitus de Mor. Germ. c. 2.* autor eſt. Quæ cauſa hujus rei fuerit, non adeo liquet, quamvis *Cæſar L. 6. de Bell. Gall. c. 18.* quandam, alii aliam adducant. De qua re agunt Commentatores, & inter illos *Bernegg. & Freinshem. Qv. 53. Willich. ad Tacit. c. 16.* Diu tamen eſt, quod mos iſte exolevit apud Majores noſtros: quamvis veſtigia quædam adhuc ſupereſſe videantur, quando ſcilicet feriarum quarundam nomina non a die, ſed a nocte deſumuntur, e. c. die Weihnächte / quaſi ſacratæ noctes, quibus natalem Chriſti & XII. dies ſequentes ſignificantur, item Faſtnacht / quaſi nox jejunio vicina; quando porro quibusdam in locis ejusmodi formulæ exaudiuntur, über 14. Nächte ſoll man Schuld gelten / die man vor Gerichte bekennet / oder gewinnet. *Beſold. Theſ. pract. voce* Tag *addit.* Qualis habetur *L. 1.* S. LandR. *a. 67.* den ſoll man tagdingen dreymahl / ja über 14. Nächte. & S. LehnR. *a. 65. ibi:* über 14. Nächte. Conf. *Bignon. ad Marculp. p. 337.* Quorſum etiam ſpectat, quod apud quosdam Germaniæ Populos horologia a ſolis occaſu ad proximum ſolis occaſum diem ducunt, & ab iſto ad hunc 24. horas indicant, ultimaque 24. ictus edunt. *Bernegg. d. l.* Cæterum rerum monumenta tum uſus quotidianus docet, diſtinctionem diei naturalis, & civilis apud Germanos jam ante multa ſecula fuiſſe receptam & adhuc hodie obtinere, quandoquidem frequentiſſime videmus, diem ſignificare vel ſpatium illud, quo ſol eſt ſupra hori-

Computandi ratio Germanorum antiquorum.

Computatio modern.

Dies naturalis & civilis an adhuc hodie in uſu?

horizontem, exclusa nocte; LehnR. a. 65. ibi: wenn die Sonne nieder gehet/ und der Tag sein Ende hat. *L. 1.* LandR. *a. 57. L. 2. 25. a. 39.* vel illud spatium, quod una æquatoris circa terram circumvolutione constituitur, & sic includit noctem LandR. *L. 1. a. 67. ibi:* tagedingen *L. 3. a. 22.* LehnR. *a. 65. ibi:* nechstfolgenden sechs Tagen. In eo quoque plerique Germaniæ populi Romanos imitantur, ut diem civilem a media nocte soleant inchoare, ita tamen, ut horologia plerumque meridie cursum numerandi sistant, & ultra XII. ictus non progrediantur, sed post meridiem ab unitate iterum sonare incipiant. Quoad *Usus forensis.* usum forensem vero & modum computandi cursum temporis juridicum, num scilicet de momento in momentum currat, num dies cœptus pro completo habeatur, nec ne, num cursus utilis sit, vel continuus, LL. Germaniæ nullas certas regulas suppeditant. Qua de causa, si non appareat, qualem temporis & dierum cursum constituere voluerint juris domestici conditores in hoc vel isto negocio, ex jure civ. quantum fieri potest, decisio petenda, atque illius placita *Saxonicus de die singulari.* applicanda ad casum emergentem. Circa quam rem adhuc obiter notandum, Saxones voces Tag/ Tage longiori interdum spatio tribuere, ac alias dies naturalis, vel civilis exigit, quando e. g. dicunt Jahr und Tag/ *L. 1.* LR. *art. 38. ibi Gl. col. 2. f. 107. Weichb. a. 4. post pr. item:* Er ist zu seinen Tagen kommen/ h. e. 21. annum implevit: it. über seine Tage kommen/ i. e. 60. annos vixit. *L. 1. a. 42.* Porro observandum, eosdem gebundene Tage dicere dies feriatos, & ungebundene non feriatos, *L. 2. art. 10.* it. Tagen/ Tag haben illis idem esse, ac Frist geben/ und nehmen: Tagedingen idem ac vorladen/ *a. 67.* LandR. *L. 1.* Quod & *Speculum Svevicum* facit *c. 106.* Hæc de die.

Etymologia vocis triginta. XI. De nomine *triginta* vel *trigesimi*, qui ultimus est ex triginta, non adeo habeo, quod dicam. Notissimum est utrumque *ἀπὸ τȣ̃ τρὶς*, & tres derivari, sicut *ἀπὸ τȣ̃* drey/ dreyßigst. Illa tamen disputatio in mentem venit, *utrum spa-*

tium triginta dierum, & mensis unum sint atque idem? Scilicet DD. nostri quam maxime inter se disceptant, quotnam diebus mensis constet, quorum diversas opiniones late recenset post alios *Rauchbar. L. 2. qv. 24.* Puto vero controversiæ momentum non eo pertinere, quot dierum intervallo luna periodum absolvat, vel quando appareat, & sic quot dies ad mensem lunarem requirantur, qua ipsa in re inter se eruditis non convenit, dum alii dies 27. horas 8. mensi tribuunt, quem lunarem peragrationis, sive periodicum vocant, alii 29. dies & 12. horas, quem lunarem conjunctionis, vel synodicum dicunt, alii 26. dies 6. horas, quem apparitionis, aut illuminationis appellitant. Neque etiam id agitur, quot dies quilibet mensis anni in Calendario receptus habeat, quos hac parte non æquales esse, quilibet novit. Sed *illud in lite est, si a Lege, vel homine mensis facta mentio, quot dies in illum computandi?* Missis aliorum opinionibus *Rauchbari* sententiæ subscribo, qui regulariter XXX. dies in singulos menses computandos esse tradit, nisi aliter diserte cautum, vel ex conjecturis secundum regulas bonæ interpretationis, loquentem, vel scribentem aliud voluisse, probari poterit. Quam opinionem *ex L. f. §. Cum igitur. 1. & §. Sin autem. 2. C. de jur. delib. L. 101. ff. §. 20. L. 38. de Ædil. edict. junct. L. 28. ff. eod. Ord. Cam. P. 3. T. 30. §. 4.* satis probari existimo. Quicquid vero hujus sit, omnis hæc disputatio non adeo multum proderit ad thema præsens, cum jus Saxonicum, uti & Svevicum, nec non Lubecense non de mense, sed de tricesimo diserte loquantur, nec vulgus quoque dubitet, triginta dies hic requiri. Equidem non me fugit, populari loquendi modo passim fieri mentionem apud nos quatuor septimarum, derer 4. Wochen. Ex quo inferre quis possit, mensem 28. diebus constantem hic intelligi. Sed ratio ista loquendi tum ex textibus Juris Saxonici, tum ex moribus notissimis explicanda est, ita, ut idem significet, ac spatium triginta dierum.

Qv. an mensis idem ac 30. dies.

DD. Sax. opinio. XII. Sollicitus equidem fui, quidnam DD. Saxonici de hoc nostro spatio tricesimali sentiant, quave ratione velint, ut cursus horum dierum fiat. Sed frustranea fere fuit omnis inquisitio, dum vix in unum atque alterum incidere potui, qui attigerit ex parte hanc quæstionem. Neque etiam credidissem, tam altum hac de re, quæ ad quotidianas pertinet, apud plerosque DD. esse silentium, nisi post multam operam id ipse expertus essem. Compertum etiam mihi fuit, plurimos, imo tantum non omnes, frigide ac oscitanter hanc totam materiam tractare, plerosque nihil aliud de die tricesimo tradere, quam quod ex quibusdam, iisque paucis, bona fide descripserunt. Qua de causa B.L. veniam mihi non denegabit, si, dum meo ingenio indulgere oportet, fortasse quibusdam in rebus a vero aberravero.

Qv. an 30. dies sint civiles, an naturales. XIII. Ut in rem deveniamus, illa primo expedienda Quæstio: *Quales dies, an scilicet civiles, an naturales, hic intelligendi?* Equidem textus germanicus juris Saxonici & Svevici vocem Tag plane omittit, nec exprimit; mentionem tantum simpliciter faciens des Dreyßigsten. Video tamen latinum textum *a. 22. L. 1.* juris Sax. addere vocem *diei*. Usus sane constans nullum aliud, quam dierum intelligit spatium. Quod etiam sec. XI. factum esse, locus *Dithmari* indicat. *Conf. Coler. de Proc. Exec. P. 2. c. 3. §. 382.* Jus vero Lubecense diserte quoque loquitur von dreyßig Tagen l. c. Quales vero dies sint, an naturales, an civiles? neminem explicantem reperi. Fateor, anceps ipse hæreo, quid ad hoc sit respondendum, parumque abest, quin solenni verbo: *Non liquet*, me tuear. Quia tamen aliquid dicendum, non diffiteor, me eo inclinare, ut credam, Majores nostros hac in re diem ita intellexisse, quatenus νυχθήμερον alias significat, & noctem comprehendit, atque a nobis civilis supra dictus fuit. Nam etsi non nego, diem etiam sæpe in jure Sax. pro naturali, & quatenus non excluditur, accipi, *L. 1. a. 57. L. 2. a. 28. 39.* Lehn R. *a. 65.* quod etiam jure Svevico passim fit: quoniam tamen Majo-

Majores nostri omnimodam quietem ratione personarum & rerum defuncti constituere voluerunt, ea vero quies etiam spatio isto, quod nox dicitur, tuabari poterit, non male inde argumentum peti posse de qualitate diei arbitror, pari ratione; qua alias dicitur induciis ad X. dies pactis etiam noctes comprehendi *Wiss. ad L. 2. §. 1. d. V. S. n. 10. Grot. d. I. B. & P. L. 2. c. 16. §. 5. ibi D. Zigl.*

XIV. Succedit *altera Quæstio quando incipiat cursus ille 30. dierum?* ubi quidem parata responsio est, fieri illud ab eo tempore, quando mortuus est is, cujus intuitu tricesimale illud spatium est celebrandum. Nam, cum mortis causa concedatur, nullum est dubium, ea causa existente, illud inchoari. Id quod & haud obscure intelligi potest *ex verbis a. 22. L. 1. L.R. & Spec. Svev.* Tit. vom Erbtheil / *ibi:* biß an den Tag / da ihr Herr starb / cui termino mox opponitur terminus tricesimi: Und man soll Sie halten biß an (zu) den dreyßigsten. Ut taceam & jure communi jacentis hæreditatis initium primum esse momentum, quo vita finita est. Nota est ludicra illa subtilitas, qua apud Taurum Philosophum quærebatur, quando moriens moreretur? *Gell. VI, 13.* quam excutere non est hujus loci. Illud saltem monemus, totum illud, quod mori dicitur apud veteres JCtos, vitæ adscribi *L. 8. §. 1. ff. de Man. testam. L. 45. §. 1. sq. ff. de V. O. §. 14. I. de inutil. stipul. Cujac. L. 3. O. 34.* atque adeo mortuum neminem dici, nisi quando actus moriendi omnino absolutus, h. e. vinculum illud inter animam & corpus penitus dissolutum. Nullum vero dubium est, tempus hocce statim post mortem initium capere, quando tum heres præsens est, tum etiam vidua, si adsit, relicta a defuncto. Quando vero vel heres vel vidua absens, *quæstio est: utrum etiam ignorantibus istis tempus illud incipiat currere, an vero demum a die scientiæ id fiat, atque sic ratione initii pro utili habendum?* In ipso jure Sax. locum non reperi, ubi quæsitum illud sit decisum: quia tamen tricesimale hocce spatium non tantum in honorem defuncti a Saxonibus receptum,

Qv. quando incipiant?

Qv. an ignorantibus, an scientibus currant.

ceptum,

ceptum, verum etiam tum in favorem heredis, tum in favorem viduæ, quod ex ſequentibus ſatis apparebit, eſt introductum; nullus dubito, quin computatio triceſimi inchoanda ſit a tempore notitiæ, quam nactus eſt vel heres, vel vidua, & quidem quoad illum non tantum mortis, ſed etiam in cauſa teſtati cognitæ delationis hereditatis, atque ſi diverſo tempore vel hæc, vel ille ſcientiam iſtam ſit adeptus, illius, qui, quæve ultimo loco adeptus eſt notitiam, rationem eſſe habendam. Imo & juſtum impedimentum attendendum eſſe, ex illis colligi poteſt, quæ ſupra dixi Th. 8. Qua in re ex parte conſentientem habeo *Matth. Coler. Proc. Exec. P. 2. c. 3. num. 382.* arbitrorque pro illa opinione confirmanda non male argumentum tum ex vulgata DD. regula: quod tempora breviora non niſi ſcienti & agere valenti incipiant currere, *arg. L. 15. ff. quod vi aut clam. L. 2. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſerv.* tum ex *L. 19. ibi: is, qui ſciens. C. de jur. delib.* peti poſſe: non obſtare vero *L. 8. ff. de his qui not. infam.* cum de tempore tantum in eo loco agatur, quod defuncti honorem tangit, non commodum heredis. Atque hanc ſententiam, quod tempus triceſimale ab initio utile ſit, probat *Jure Lub. Mev. P. 2. t. 2. a. 27. n. 56.* Interim quoad curſum poſtea procul dubio continuum eſt, quandoquidem nullibi interruptionem quandam hic introductam eſſe, ſatis conſtat, atque alias in dubio tempus a jure præſtitutum, quoad curſum præſertim, continuum præſumitur. *Bard. d. l. c. 3. n. 9. Gail. 2. O. 105.*

Qv. an dies triceſ. ſimul computetur?

XV. Hæc de initio & medio; jam de fine, ſive termino ad quem hujus ſpatii eſt dicendum. Ubi primo illud *quæritur: an dies triceſimus ipſe hoc ſpatium ingrediatur, nec ne? ſive an incluſive, an excluſive intelligenda ſint ea, quæ de triceſimo habentur?* Poſterius textus latinus & germanicus *L. 1. a. 22. a. 33.* ferre videtur, ubi vocabula *usque ad triceſimum, usque in diem triceſimum*, biß an den dreyßigſten/ ehe der dreyßigſte/ vel uti

Rat. dubit.

vetu-

vetustior codex habet, biß an das dreyßigste. it. an den dreyßigsten habentur. Quales formulæ loquendi etiam in Spec. Svev. reperiuntur, cujus tamen editio Hiphoffiana & Goldasti h. l. loco biß veteri voce unz utitur. Notum quippe est, vocabula ista exclusionem termini statuti secum ferre. Vid. *Struv. in Lexic. partic. dict. voc.* Quoniam tamen in aliis textibus juris Saxonici *L. 1. art. 20. 22.* ibi: alle Hoff-Speise/ die nach dem dreyßigsten überbleibt. *L. 3. art. 15.* it. *in Sp. S. d. l.* formula nach dem dreyßigsten/ occurrit, non dubito, quin ipse tricesimus dies quoque hoc spatio contineatur, atque sic terminus illius intrinsecus sit habendus. Secus enim si diceremus, absurde vocabulum *post* vel nach/ fuisset adhibitum, dicendumque fuisset: nach dem 29sten. Conf. *Grot. L. 2. c. 21. §. 4. Webn. Obs. pract. voc.* biß so lange. Lubec. jus binnen den dreyßigsten dicit, atque in eo minus dubium, diem tricesimum simul esse computandum. *arg. L. 133. de V. S. L. 8. L. 13. 41. ff. de V. O.* *Responsio.*

XVI. Dato ita, tricesimum diem ad spatium nostrum pertinere, illud tamen superest discutiendum: *utrum cœptus pro completo habeatur, an vero ultimum momentum impletum esse oporteat?* Non credo, Majoribus nostris, diem tricesimum hunc statuentibus, subtilem illam Romanorum distinctionem, de qua supra actum est, notam fuisse, atque sic juxta ista placita illos voluisse, aut potuisse quietem tticesimalem determinare. Sed quia credibile, illum, qui de tempore loquitur, omnes temporis articulos intelligere, cum posito toto omnes partes ponantur: non dubito, quin 30. dies omnibus momentis completis ad hoc nostrum spatium requirantur. Quod & alias Saxonibus non infrequens est, atque vel ex placitis majoris vel minoris ætatis patet. *L. 1.* Land-Recht *art. 42. Carpz. P. II. C. 11. D. 9.* Ut taceam, quosdam *ex L. 42. ff. de V. O. L. 138. eod. §. 2. Inst. eod. L. 4. C. qui test. fac. poss.* hanc regulam exstruere: Tempus completum regulariter requiri. Atque adeo si quis 1. Martii die, seu Cal. Mart. hora 1. pomeridiana, præsente herede & vidua, mortuus, pridie Kalend. *Qu. Num cœptus pro completo habendus?*

C April.

April. sive 31. Martii hora eadem 1. spatium tricesimale finitum erit.

Causæ introducti diei tricesimi.

XVII. His ita positis, discussisque illis, quæ ad initium, cursum, & finem XXX. dierum spectant, ulterius progrediendum est. Ex dictis autem jam patuit, ob quam causam, & in quem finem a Majoribus nostris, antiquis Saxoniæ populis, aliisque Germaniæ gentibus quies tricesimalis fuerit recepta, atque introducta. Ubi quidem me non errare putavi, si dixero, ob eandem causam, rationemque placuisse nostris illud tempus, ob quas Justiniano, prout supra dictum, æquum visum fuit, spatium IX. dierum statuere, ut scilicet honor debitus servetur defuncto, ut justa rite persolvantur, ut relicti, quos casus iste tangit, tempus habeant, quo luctui indulgere, & solatia luctus quærere possint. Quibus & peculiares quædam rationes accedunt, ut heres, cum apud veteres Saxones, aliosque Germanos spatia illa deliberandi jure civili prodita, incognita fuerint, tempus nanciscatur, quo deliberare possit, num acceptare velit, nec ne hereditatem, quæ, licet ultra ejus vires in Saxonia non teneatur heres, ob alia tamen incommoda grata forte esse non potest; quo etiam se præparare possit ad satisfaciendum illis, quibus aliquid ex hereditate debetur, *Coler. Proc. Exec. p. 2. c. 3. n. 383.* nec non, ne uxor statim a possessione, quam juxta *art. 20. 31. L. 1. & C. 33. P. III.* receptam Saxonicorum DD. sententiam communem habet, dejiciatur, expellaturque domo, atque sic injuria ipse defunctus afficiatur. Ob has itaque rationes placuit Majoribus nostris, ut intra hocce tempus omnia in eodem statu, quo tempore mortis fuere, manerent, hereditasque sic esset jacens, atque defunctum repræsentaret, nihilque susciperetur, quam quod pietas, & necessitas exigere posset.

Quænam hoc spatio peragenda?

XVIII. Quænam itaque illa sint, quæ intra hoc spatium fieri possunt, vel non possunt, age jam expendam. Et quidem puto illorum, qui adsunt in ædibus defuncti, primam

esse

esse posse curam, imo sub modo debere, ut omnia, quæ in domo defuncti reperiuntur, mobilia recte obsignentur, illa vero, quæ obsignari non possunt, saltem annotentur. Hoc enim non facto, justum postea inventarium fieri nequit, quo deficiente suspicio dissipatæ hereditatis nascitur, quæ juramento deinde purganda. *Andr. Rauchb. Qu. 29. p. 1. num. 14. Moller. L. 2. Semestr. c. 14. n. 5.* Hac in re viduas, quas & ipsas, uti & viduos, hæc necessitas premit, *Coler. Proc. Exec. P. 2. c. 3. n. 387.* sæpe peccare, quotidiana experientia testatur, quando probrosam, & damnosam, ac nescio qualem non, illam obsignationem & confectionem inventarii putant, atque adeo Vatiniano quodam odio prosequuntur; postea tamen periculis, litibusque variis sese exponunt, idque efficiunt, ut juratam, liberis quoque, edere teneantur specificationem. *Decis. noviss. 21. ibique Philipp.* Notissimum quidem est, heredem in Saxonia inventarii confectione non ideo indigere, ut, quod Justiniani alias beneficium est, *L. f. C. de jur. delib.* non teneatur in solidum satisfacere creditoribus hereditariis, sed tantum in quantum vires hereditatis & substantiæ ad eum devolutæ id patiuntur: quandoquidem Jure Saxon. & non confecto inventario, si adierit hereditatem heres, ultra vires ejus non obligatur, si modo juratam edat specificationem. Quod usu forensi ita comprobatum est, ut inane sit de hac re dubitare. *art. 6. L. 1. LR. Gl. art. 26. Weichb. Carpz. P. III. C. 33. d. 18. Coler. de Proc. Exec. P. 2. c. 3. n. 384. Dn. Schilt. Ex. 38. §. 150.* Quodsi tamen a juramento isto se liberare cupit heres, inventarii confectionem haud negligere debet, nec non illam præcedentem obsignationem. *Coler. d. l. n. 386.* Quæ obsignatio non aliter vim suam exerit, quam si statim, aut exiguo intervallo, quod æstimabit judex, post mortem fiat: nam si nimis sero illa facta, non impediet postea necessitatem jurandi. *Carpz. P. III. C. 33. D. 10.* Enim vero necessitas illa obsignationis *in L. f. C. de jur. delib.* ubi studiose justi inventarii requisita recensentur, haud refertur; moribus

1. Obsignatio ad conficiendum eo melius Inventarium. Quinam ad hoc teneantur?

Jus Sax. hac de re.

Obsignatio quando facienda?

tamen illam requiri, & quidem non ſine juſta ratione, conſtans DD. opinio eſt, uſu quotidiano comprobata: atque hoc ipſo menſe April. M DC XCV. inventarium de opulenta hereditate confectum, ideo a Collegio Jurid. hujus loci rejectum, judicatumque eſt, jurejurando viduæ illud eſſe confirmandum, quoniam obſignatio altero die facta, poſtquam præcedenti veſpera de morte defuncti, quæ alibi contigerat, ad viduam fuerat relatum. Interim non negabo, caſus dari poſſe, ubi & inventarium juſtum eſſe queat, ſi maxime nulla, vel non ſtatim obſignatio facta fuerit. *Exceptio.* • Finge abſentem fuiſſe mortis tempore heredem, adeſſe neminem, qui curam ſuſcepit hereditatis, heredem poſtea ſupervenire, nec prius, quam confecto inventario, rebus hereditatis ſe immiſcere. Hoc & ſimilibus caſibus, & hodie legitimum inventarium eſſe poteſt, ſi maxime nulla, vel non ſubitanea facta fuerit obſignatio. Sed hæc ad illos non pertinere, quos vel defuncti voluntas eximit a confectione inventarii, (quod in quantum fieri poſſit, hujus loci non eſt excutere,) vel lex, ut patrem, *Philipp. Obſerv. 1. ad Dec. 21.* palam eſt.

2. Sepultura. XIX. Iſtam curam, de qua egi, neceſſitas ſi non abſoluta, hypothetica ſaltem exigit. Succedit altera, quam & ipſa neceſſitas efflagitat, pietate comitante. Ea vero eſt, ut corpus examine defuncti non inſepultum jaceat, ſed honeſte pro dignitate & facultatibus, nec non ſecundum defuncti voluntatem, ſi de ea conſtet, funeretur. *L. 12. ff. de relig. Nov. 22. c. 2.* modo non deriſoria, aut abſurda ſit, aut atrox in ſemetipſum, *L. 14. 27. ff. de Cond. inſt. L. 14. §. 5. ff. de relig.* aut prohibiti quid contineat. *L. 16. ff. de Uſufr. leg. L. 9. L. 14. ff. de Cond. inſt.* aut ſuperſtitioſi; *arg. L. 30. ff. de pœn. Godofr. in d. L. 14. §. 5. ff. de relig.* Nullum vero eſt dubium, quin funus intra triceſimum fieri poſſit, cum ſpatium hocce & ideo excogitatum ſit, ut intra illud juſta defuncti commode ſolvi queant. Neminem tamen latet, Nobilium, atque Illuſtrium perſonarum funera ultra triceſimum ſæpius differri, cum intra hocce ſpa-

ce spatium nostro ævo, quo solennia pompaque funebris, ut in aliis rebus luxus, ita creverint, ut spatium hujus temporis apparatui necessario sufficere non possit: quamvis olim & personas illustres intra tricesimum sepultas fuisse, ex loco *Dithmari Th. VI.* allegato, satis colligi queat. Sæpe tamen ex aliis causis sepultura differri solet, uti exemplum Henrici IV. Imp. ostendit, qui ob excommunicationm Papalem, quam vivus passus erat, Spiræ per quinquennium in Sacrario Afrano insepultus jecit. Vid. *Lehmann. L.5. c. 40. Chron. Spir.* Rem tanquam singularem refert *P. Albinus Chron. Misn. T.35. p.355.* quod *G. Agricola*, Germaniæ ille Plinius, per V. dies Chemnitii insepultus jacuit, postquam 21. Nov. MD LV. ibidem decessit. Causa fuit, quod sacris Romanis immortuus. Delatum fuit corpus Zizam, atque ibi in Templo Cathedrali sepultum. Sed hæc obiter. Interim tamen & id notandum est, cavendum, ne nimis properemus cum defuncto ad sepulturam, ne forte illi, qui adhuc in vivis sunt, ecstasin tamen, vel lipothymiam patiuntur, terræ inferantur, atque sic vita, quæ nondum finita erat, priventur. Quod Imperatori Zenoni contigisse, *Cedrenus* autor est. Qua de causa *in Artic. Gener. Elect. Saxon.* prudenti consilio cautum, daß kein Verstorbener alsobald nach tödtlichen Abgang begraben / sondern wenigstens 12. Stunden daheime im Hause behalten werden soll. *Art. 8.* Pari ratione fœmina gravida non sepelienda est, nisi uterus cæsus fuerit, ne partus adhuc forte vivus in ipsa matre sepulturam inveniat. Quod *L. 2. ff. de mort. infer.* quæ Numæ Pompilii dicitur, atque adeo omnium, quæ in Corpore Juris habentur, antiquissima est, jam legitur cautum.

Defunctus non mox sepeliendus.

XX. Cura autem ista funeris ad eum pertinet, quem decedens elegit. Sed si ille id non fecit, nulla pœna hujus rei est, nisi aliquid emolumenti reliquit, quod perdit, si non paruerit voluntati defuncti, *L. 12. §. 4. de Relig.* Quod si vero agnoverit relictum, si maxime id postea repudiare velit, compelli tamen potest, ut satisfaciat voluntati defuncti.

Ad quem cura funeris spectet. Jure Civ.

cti. *Brunn. ad d. L.* Quando vero defunctus hac de re non cavit, nec ulli munus illud delegavit, heres ex testamento, vel si nemo institutus, vel nondum constet, quis ille sit, aut an effectum testamentum habere possit, agnati vel cognati, ordine, quo succedunt, vel ii, quibus his deficientibus successio a lege defertur, curam hanc in se suscipere & possunt, & debent. *d. L. 12. §. 4. de relig.* Imo cum publice intersit, corpora non insepulta jacere, opusque pietatis, mortuos funerare, habeatur, si illi, de quibus dictum, & ad quos funus pertinet, non curant, quilibet funerandi munus in se suscipere potest. *L. 12. §. 2. L. 14. §. 7. ff. d. t.* Jus Saxon. Svev. & Lub. curam funeris conjugi superstiti, si adsit, defert, Sächs. Landr. *art. 22. L. 1.* &c. ita tamen, ut heredum adhibeatur consilium: Mit seinem (des Erben) Rath soll auch die Frau das Begräbniß im Dreyßigsten begehen. *Spec. Svev. Tit.* vom Erbtheil. *apud Meichsner. f. 57. & Gold. C. 263. Jus Lub. P. II. T. 2. art. 27.* Quamvis autem textus illi tantum de vidua loquantur, non dubito tamen, ob identitatem rationis idem de viduo esse dicendum. Quod enim viduæ munus fenerandi delegetur, procul dubio ob affectum singularem, qua maritum prosecuta est, fit; quod consilium heredum in partes vocandum, ideo placuit, quia interest illorum, ne sumtus haud necessarii fiant. Quæ rationes cum & intuitu mariti locum inveniant, prona consequentia est, interpretationi extensivæ dari locum. Imo ex ultima id fluit, omnem funerantem heredem in consilium vocare debere. Interim hanc juris patrii provisionem, hominis provisionem haud tollere, non nego. Qua de causa, si defunctus ipse curatorem funeris elegit, solique curam concessit, istius judicio est standum. Illa vero, quæ de herede dicta, ita esse capienda, si scilicet ejus copia haberi queat, extra controversiam est. Optime vero ille sibi consulit, qui, absente herede, Magistratus consilium implorat, & ex illius decreto impensas facit.

Jure Germanico.

XXI. Si quis itaque, qui non eſt heres, funeravit, ille negotium geſſit, vel defuncti, vel heredis, vel ipſius humanitatis, ut eleganter loquitur *Ulpian. in L. 14. §. 7. ff. de Relig.* ob quam rem Prætori æquum viſum fuit, ſi alia actio non competat, peculiare, ad ſumtus funeris cauſa factos recuperandos, judicium in eum, ad quem ea res pertinet, dare, quod actio funeraria dicitur. *L. 12. §. 2. L. 14. §. 12. 13. ff. de relig.* In quo judicio judex juſtus non meram negociorum geſtorum actionem, cujus ſpecies quædam eſt, imitari debet, ſed ſolutius adhuc æquitatem ſequi juxta monitum *Labeonis in d. §. 13.* atque adeo & illi interdum, ſi æquum viſum, dare actionem, qui, prohibente herede, quod alias in negociorum geſtorum judicio fieri non ſolet, *L. f. C. de Neg. geſt.* funeravit. Quia tamen objici poteſt, pietatis cauſa ſumtus eſſe factos, non animo repetendi, ideoque funerator, & præſertim ille, cui res a defuncto mandata non eſt, ex Ulpiani conſilio *in L. 14. §. 7. de Relig.* teſtari debet, quo animo fecerit, ne poſtea quæſtionem patiatur. Eſt tamen etiam, ſecus ac *Dn. Schilter. Ex. 21. th. 28.* putat, ubi teſtatio iſta non conſilii, ſed neceſſitatis eſt, ut nempe elidatur præſumtio tantæ pietatis, quæ in quibusdam perſonis e. g. filiis, eſſe poteſt, ut non humationem tantum, ſed & ſumtus ipſos, animo pio & non repetendi voluntate feciſſe videantur. *§. 8. d. L. ubi Brunnem. Menoch. Conſ. 426. num. 2.* De privilegio vero harum impenſarum notabilis textus *eſt in L. 45. ff. de relig.* Quoniam vero Jus Saxon. viduæ curam funeris concedens, vult, ut conſilium heredis adhibeatur, inde colligunt DD. mulierem, ſi ſola faciat hos ſumtus, ex hereditate illas repetere non poſſe, ſed præſumi, pietatis cauſa plane eſſe factos, non animo repetendi. *Zobel. addit. lat. ad A. 22. L. 1. Lit. b.* Hanc Zobelii doctrinam ad omnes omnino funeratores in genere DD. Saxonici extendunt. *Coler. Deciſ. 199. P. 1. Richt. de privil. Credit. c. 2. m. 4. n. 5.* qui, ita a Facultate Jenenſi reſponſum eſſe, teſtatur. Non refragabor adeo huic generalitati, exiſtimo tamen, rationem

An ad extraneum?

Quæ actio hoc caſu competat?

Quid judici hic obſervandum?

Cautela.

Mulier, conſilium heredis negligens, an ſumtus repetat?

nem illius non tam in pietate, quæ apud omnes funeratores æqualis non est, quam in Juris Saxon. præcepto esse quærendam, quod cum quis negligit, male ipsum postea habere non debet, si actione destituatur. Non tamen puto, arbitrium judicis hic plane esse excludendum: quemadmodum nullum est dubium, doctrinæ illius usum nullum esse, si heredis copia haberi non potest.

Adversus quos detur actio funeraria?

XXII. Quibus personis actio funeraria detur, ex dictis patet. Obiter saltem meminisse juvat, adversus illos dari, ad quos funus pertinet, heredem scilicet, bonorum possessorem, reliquosque successores, *L. 12. §. 2. L. 14. §. f. de relig.* patrem etiam, & dominum; *Paulus L. 1. sent. §. ult.* imo suo modo, & certis casibus in maritum, & uxorem, *L. 10. §. 1. L. 22. L. 28. ff. d. t. Carpz. P. III. C. 25. D. 7. 19.* licet heredes vir & uxor vere tales facti non sint. Quibus casibus, si ab his funus curatum fuerit, repetitionem ex toto, vel ex parte cessare palam est. Plura de hac re in medium proferre non licet, cum alia agenda supersint. Non possum tamen illam quæstionem præterire, cum ex nostro argumento decisio peti soleat: *Utrum viduæ vestes lugubres ex hereditate defuncti mariti debeantur?* Si ex jure civili quæstio decidenda, negative respondendum esse, putarem, siquidem morte matrimonio soluto, regulariter nulla alimenta uxori debentur, quod fuse deducit *Coler. de alim. L. 1. c. 11.* Postquam itaque vestes sub alimentis comprehenduntur, colligi inde potest, non esse ex bonis defuncti præstandas vestes, nisi illis casibus, ubi alimenta ex hereditate capit mulier, (quos casus *Coler. d. l.* late exequitur) præsertim cum juxta *L. 37. ff. de relig. L. 14. §. 6. ff. eod.* illud tantum ad funeris sumtus referatur, quod corporis causa impensum est, quamobrem vestes lugubres a plerisque DD. plane excluduntur. *Carpz. P. I. C. 28. D. 41. n. 3. Garzias de Expens. c. 8. n. 1.*

Qu. de veste lugubri, unde viduæ debeatur? Jus Civil.

Et in hanc rem pronunciavit Ordo Juridicus Wittebergensis M. Sept. 1705. versus Soraviam, quando sententitm in causa latam heredes R. concernente confirmavit ex seqq. rationibus:

Das

Das V. Gravamen anbelangend/ ist allerdings in Rechten nirgends versehen/ daß eines Verstorbenen Nepotes, und Eydmänner aus der Erbschafft gekleidet werden müssen. Dieweil nun : : : : : : nicht angeben/ noch darthun kan/ daß die andern Eydmänner/und Enckel gekleidet worden/so ist nicht abzusehen/ wie derselbe vor sich und seine Kinder dergleichen prætendiren könne. Es thut auch zur Sache nichts/daß dessen Eheweibe dißfalls was zuerkand worden/ gestalt solches deßwegen geschehen/ weil besage fol. 17. num. 4. die andern Kinder primi gradus auch dergleichen bekommen/ bey welcher Bewandniß denn das Argumentum, daß Mann und Weib ein Leib/ und die Nepotes sub liberis comprehendiret worden/ gantz impertinent angezogen wird/ wie denn auch nach gemeinen Rechten die Kleidungen zu denen sumptibus funerum nicht gehören/ *Carpz. P. I. C. 28. D. 41.* die dißfalls hier und da eingeführten Gewohnheiten aber nicht zu extendiren.

XXIII. Quicquid tamen hujus sit, si mores Germaniæ & Saxoniæ præsertim, inspiciamus, nullum est dubium, quin & viduæ lugubris vestis debeatur, cum intra XXX. primos dies hereditas jacens defunctum omnimodo repræsentet, atque viduæ sine omni dubio intra hoc tempus alimenta, imo Jure Sax. tamdiu, donec ipsi de illis, quæ debentur, satisfactum, præstanda. *Weichb. art. 24. C. 25. P. II.* ibi: und ihre Unterhaltung. sub alimentis ex lege debitis autem vestes comprehendi fuerit dictum. *L. 43. de V. S. Moll. ad C. 28. P. I. n. 18. Carpz. P. I. C. 28. D. 41. Conf. Gutberius de jure man. L. 3. c. 19.* Non piget addere, quæ de vestibus lugubribus aliis præbendis, vel non, habet *Ordin. Polit. Elect. Saxon. Tit. 18.* von Begräbnüssen §. 3. 4. 5.

Mores Germanorum & Saxonicorum.

§. 3.

Und lassen wir es zwar hierinn an denen Orten/ wo gewisse Ordnungen/ oder Gesellschafften seyn/ allerdings dabey bewenden/ und wollen/ daß denselben in allen genau nach-

gelebet werde / wo aber solche ermangeln / wie auch bey denen von Adel / befehlen wir / daß bey dergleichen Leichbegängnüssen keine Schleyer / Binden / noch Visier ferner ausgetheilet / jedoch Vater und Mutter / wie auch Kindern / Flohr / Visier / und Schleyer / nach jedes Vermögen / sonsten aber ausser diesen / niemand von der Freundschafft / und andern Trauer-Leuten / Trauer-Zeichen gegeben werden sollen.

§. 4. Ob wohl darneben keiner / so dergleichen Begräbnüß auszurichten hat / verbunden / das Gesinde mit Kleidern oder Trauer-Zeichen zu versehen / so können wir doch nach eines und des andern Belieben und Zustand geschehen lassen / daß jemand aus seinem Gesinde / und sonderlichen die auf des Verstorbenen Leib gewartet / mit Kleidern oder Trauer-Zeichen begabet / solches aber weiter nicht ausgedeutet / und aller Uberfluß vermieden werde.

§. 5. Und soll der / so hierwider handelt / von jeder Person 4. Thl. zur Straffe zu entrichten schuldig seyn / sintemahl ein jeder Befreunder / oder ander / so zu dem Begräbnüß eingeladen / sich dißfals selbst bescheiden / und mit gewöhnlichen Trauer-Kleidern jedesmal gefast seyn wird. Ex quibus apparet, illam distributionem, & multo magis exactionem ac satis quidem interdum importunam sindonum, & linteorum, Flöhre / und Maul-Schleyer / quæ in his terris, & hoc quoque loco fieri solet, publicis legibus plane repugnare: nec jus exinde nasci exigendi ejusmodi res ab aliis, si maxime hic, vel ille sponte adversus publicam prohibitionem eas præbuerit. Sane si lex publica non obstaret, honeste quidem talia accipi possent, minus tamen honeste peti, ut est in *L. 1. §. 5. ff. de Extraord. cogit.* E. impium profecto est, si illi, quibus qualiscunq; opera, quam in exequiis præstant, & humanitatis interdum saltim est, præter honoraria, vel mercedes, quæ, quasque accipiunt, res etiam ejusmodi exigant, atq; satis sæpe afflictis addant afflictionem.

Sepulturæ favor. XXIV. Hæc sepultura tantum jam olim habuit favorem, ut ad officium Præsidis pertinuerit curare, ne corpora

pora

pora, aut ossa mortuorum detinerentur aut vexarentur, neve prohiberetur, quo minus via publica transferrentur, aut quo minus sepelirentur. *L. 38. ff. de Religios.* Qua in re cum sæpius peccatum fuerit, rigorosas contra ejusmodi temerarios homines a Justino & Justiniano constitutiones editas esse, jam supra dictum est, nullusque dubito, quin pœnis illis, quæ *in Auth. Item. C. de Sep. viol.* continentur, illum adhuc hodie, qui hac parte deliquit, subjici posse, cum alias nullibi statutas reperiamus. *Coler. de Proc. Exec. p. II. C. 3. num. 410. seq. Gail. de Arr. in c. XI. n. 28. Carpz. P. I. C. 30. D. 22.* Illud tamen memorabile est, quod DD. tradunt, non sine ratione usurarii manifesti cadaver sequestrari posse, ejusque impediri sepulturam, donec heredes de restituendis usuris prohibitis caveant, cum talis homo alias Christiana sepultura indignus sit. *c. 3. X. de usur. Christin. V. 2. D. 197. num. 3. P. Peck. de jur. sist. c. 5. num. 23.* Quod ita tamen capio, modo non ex fœtore hujus cadaveris aliis periculum metuendum.

Ubi iste cesset.

XXV. Præter hæc omnia tranquilla atque quieta in ædibus atque rebus defuncti esse oportet, neque quicquam regulariter immutari debet, aut suscipi, nisi quod opus est fieri, ad custodiendam conservandamque hereditatem, alendamque familiam. Hinc famulitium ante tricesimum dimitti non debet *juxta art. 22. L. 1. LR.* ibi: und man soll Sie halten biß auf den dreyßigsten. Quod itidem habetur in Speculo Svevico loco supra allegato. Etsi enim merces famulorum conductorum morte defuncti cessat, cum, licet forte ad annum conductio facta, mortuo domino anno nondum finito operæ, quarum causa recepti, desinant, *dict. art. 22.* ibi: von dem Erbe soll man erstlich dem Gesinde geben ihren Lohn / so viel ihnen gebühret / biß an den Tag / da ihr Herr starb. Item: Stirbt auch der gemiethe Mann / ehe sein Lohn vollkömmlich verdienet. Conf. *Spec. Svev. d. l.* æquum tamen visum fuit, alimenta interim illis præstare usque ad tri-

3. Famuli ante tricesimum non dimittendi.

Et alimenta eis interim danda.

tricesimum, tum in honorem defuncti, cujus causa quies hæc inter alia recepta, tum etiam ideo, ut spatium habeant alium dominum quærendi, vel ut alias sibi prospicere possint, daß Sie sich mögen beschicken / oder anderweit vermiethen, ut editiones recentiores habent, vel ut Speculum Svevicum hæc effert: biß zu dem dreyßigsten / biß Sie sich anderswo bestäten mögen / qua voce bestäten & antiquiores Codices Juris Sax. utuntur. In Speculo Svevico geminatio vocis biß sensum obscurum facit, dubiumque, an dimissio famulorum ad tricesimum restringatur, an vero eousque differenda, donec aliam invenerint conditionem. Prius verum esse puto, arbitrorque, vocem istam altera vice positam, causam finalem, non terminum ad quem inferre. Interim quod de mercede morte finita dictum fuit, jure civili se habet aliter; & quædam differentia hic agnoscenda est. Nam non tantum *L. 4. ff. de offic. Assessor.* quæ de opera liberali agit, sed etiam *L. 19. §. 9. ff. locati. L. 38. §. 1. ff. eod.* quæ de locatione proprie sic dicta, seu promissione operæ locari solitæ loquuntur, aliud volunt; illud nempe, mortuo domino totius anni mercedem deberi, nisi in anno isto aliis operas suas adduxerint, atque adeo nullum senserint damnum. *Brunnemann. ad d. L. 19.* Dissentit *Carpz. P. II. C. 51. D. 11.* Quod si tamen per tricesimum, & post illum usque ad tempus præstitutum consensu heredum, vel qui curam hereditatis suscipiunt, operas continuant, merito merces pro illis debita præstanda est. Imo si nolint maxime, tamen operas per tempus illud, de quo conventum, continuare debent. *dict. art. 22.* Wil aber der Erbe / so sollen Sie für voll dienen / auch ihren vollen Lohn darum empfangen. Quod item in Speculo Svevico quoque habetur. Non nego, hanc juris dispositionem duram quodammodo videri, cum ita voluntate heredis sit, finire obligationem, non autem in potestate famulorum conductorum, qui æque liberi homines sunt, ac domini. *arg. L. 3. §. 2. ff. Mandat.* Sed non adeo iniquam illam esse, patet, si

Dubium ex Speculo Svevico.

Volente herede etiam inviti operas continuare tenentur ad conventum tempus.

Hæc decisio an dura?

cogi-

cogitamus, conductionem intuitu operarum esse factam, quibus operis non æque indiget semper heres, ac defunctus. Et si maxime dura videatur, inde tamen illam emolliri puto, quod cessantibus operis per tricesimum alimenta debeantur; quodve, si totam mercedem perceperint vivo domino, & ante tempus mortuo, non tamen restituere cogantur id, quod ultra laboris ratam accepere. *dict. art. 22.* Ist ihnen aber zu viel Lohns heraus gegeben / Sie dürffens nicht wieder geben. Quod iisdem fere verbis *Autor Spec. Svev.* quoque tradit. *Coler. Dec. 201. num. 9. Carpz. P. II. C. 51. D. 11. num. 6.* Quod superest, illud adhuc monendum, tricesimum intuitu famulorum a scientia quidem mortis inchoari, interim istius scientiæ rationem habendam esse non intuitu heredis, aut viduæ, sed intuitu ipsorum famulorum. Conf. *supra dicta th. 14.*

XXVI. Merces famulorum adeo jure Saxonico privilegiata est, ut omnibus aliis creditoribus, etiam ipsis funeris impensis, præferatur. *art. 22. L. 1.* LR. *C. 28. P. I. Ordin. judic. tit. 42. §. 5. 6.* Id quod etiam Svevicum seu Francicum jus loco sæpius citato probat, quando sic habet: Und von dem Erbe sol man des allerersten gelten dem Gesinde ihren gedingten Lohn. Circa quod privilegium, quoniam ita occasio fert, unicam saltem quæstionem huc trahere non injucundum fore, spero, erit Benev. Lectori. *Scilicet visum fuit quibusdam, privilegium illud tantum illis famulis mercenariis competere, qui tempore mortis aut saltem moti concursus in servitio fuere, non aliis.* Atque ita opinatur *Gloss. ad dict. art. 22. L. 1.* quam sequitur *Moller. ad P. I. C. 28. num. 5. Berl. P. 1. Conclus. 64. num. 67.* *Carpz. P. I. C. 28. D. 25. num. 3.* qui *Joann. Köppen. & Hartm. Pistor.* in partes vocant, sed sine causa, cum in locis allegatis nihil eorum reperiatur. Quoniam vero nec in textu Juris Sax. nec in Constitutionibus Electoralibus distinctio quædam habetur, nec ullibi privilegium ad illos, qui tempore mortis, vel concursus in famulitio

Privilegium mercedis famulorum jur. Saxon.

Qv. quibus competat?

litio (am Lohn und Brod) sunt, restringitur, imo *in Ordin. Proc.* nomine des Liedlohns id venit, was man denen Personen/ welche domestici und wesentlich bey einem in seiner Behausung / an seinem Brodte / oder an statt dessen in einem gewissen Kostgelde zu seyn pflegen/ schuldig/ nec temporis mortis, aut moti concursus mentio fit; porro fundamentum rationque hujus juris prælationis in eo consistit, quod operis famulorum tota debitoris familia, ejusque bona & facultates, unde postea creditoribus omnibus satisfieri potest, conservata fuere, hæc vero omnia ad illos famulos, qui ante hæc tempora operas præstitere, pertinent, ipseque *Carpz. Def. 24.* jus prælationis ad mercedem a multis annis retro debitam trahit: nullus dubito, quin & privilegio hocce illi famuli, famulæque gaudeant, qui tempore mortis, vel concursus moti in famulitio non fuerunt. Qua in sententia magis confirmor, quando cogito, magnam iniquitatem præ se ferre, illos famulos, qui per multos sæpe annos mercede caruere, aliis postponi, de quibus id dici non potest. Glossæ autoritas me non moratur, siquidem notissimum, illam, si ratione destituatur, aut usus certus non sit, non adeo magni esse momenti. Interim non diffiteor, assertum meum ad illos famulos commode trahi non posse, qui in mora accipiendi fuere, atque data opera mercedem, quam dominus dare paratus fuit, recipere noluerunt, & maxime si usuras aut stipulati sint, aut acceperint. Placuit hæc sententia *B. Dn. Brunnem. de Concurs. Credit. c. 5. §. 16. & Illustri Dn. Strykio in not. ad d. l.* Illam quoque Collegiis Vittebergensibus non displicuisse, hujusque quæstionis decisionem a Potentissimo Electore fuisse petitam, dissimulandum non est. Verba, quibus a Curia VVittebergensi & Scabinatu quæstio hæc Principi oblata, sequentia fuere:

Quibus non.

DAß sonsten das Liedlohn auf Sächs. Boden in der ersten Classe zu vergnügen/ ist eine bekandte Sache / und ist sol-

ches

ches bereits in denen alten Sächs. Rechten *lib. 1. art. 22. verbis:* Von dem Erbe soll man erstlich geben dem Gesinde ihren Lohn/ so viel ihm gebühret / biß an den Tag/ da ihr Herr starb/ und man soll sie halten biß an den dreysigsten: gegründet. Es ist aber dieses zweiffelhafftig / ob dasjenige Gesinde / so dieses Privilegium genießen will / die Zeit des Herren Absterbens / oder wenn zu dessen Vermögen sich ein Concursus Creditorum ereignet / annoch in dessen Dienste / und unter dem Gesinde seyn müsse / oder ob es genug sey/ daß selbiges ehedessen an des Verstorbenen Brode und in dessen Hause gewesen. Das erstere behauptet die *Glossa ad dict. art. 22.* und folgen derselbigen *Mollerus ad Const. 28. num. 5. P. I. Berlich. P. I. comm. 64. num. 67.* ingleichen *Carpzov. P. 1. C. 28. d. 25. num. 13.* wiewohl *Hartm. Pistoris qu. 8. P. I.* ingleichen *Joh. Kœppen. Decis. 28. num. 14.* auf welche sich *Carpzovius* und *Berlich.* beziehen/hiervon keine Meldung thun.

Alldieweiln nun weder in dem Text des Land-Rechts selbsten / noch in der *28. Const. P. I.* noch auch in der Gerichts-Ordnung *Tit. 41.* diese Opinion gegründet/und aus denen Worten des Land-Rechts wohl dieses/daß nur diejenigen Dienst-Bothen/ so an des Schuldners Brod und in dessen Hause gewesen / dieses juris prælationis fähig; nicht aber / daß sie præcise tempore mortis, vel concursus moti in dessen Hause/ und an dessen Brode seyn müssen/ zu schließen/ in der Gerichts-Ordnung auch deutlich enthalten/ daß das Liedlohn allein dieß genannt werde / was man denen Personen/ welche Domestici und wesentlich bey einem in seiner Behausung/an seinem Brode/ oder an statt dessen in einem gewissen Kostgelde zu seyn pflegen/ schuldig/ und darbey des temporis mortis, vel concursus moti nicht erwehnet wird; Ferner die Ratio dieses juris prælationis, so darinn bestehet / quod operis famulorum tota debitoris familia, ejusque bona & facultates, unde postea creditoribus omnibus satisfieri potest, conservata fuerunt, auch auf die Dienstbothen/ so vor diesen bey dem Debitore gewesen/ wohl zu appliciren / und aus die-

sen

sen Fundamenten Herr *Carpz.* selbst *def. 24.* das Jus prælationis auf das von vielen Jahren her rückständige Liedlohn ziehet / zumahlen unbillich seyn würde / wenn derjenige Dienstbothe / welcher auf sein verdientes Lohn lange Jahre vergeblich warten müssen / einem andern / welcher dergleichen Gedult nicht haben dürffen / nachgesetzet werden sollte: Worbey wir aber den Fall / wenn ein Dienstbothe seinen Lohn mit Fleiß stehen lässet / nicht verstanden haben wollen / immassen derselbe ihm zu imputiren / daß er seinen Lohn nicht gefordert. Endlich der Glossæ auctorität / wie bekandt / in keine sonderliche Consideration zu ziehen / zumahl / da dieselbe keine Ration anführet.

So haben wir die letztere Opinion vor mehr gegründet gehalten / befinden auch / daß der seel. Hr. *Brunnemann. in Tract. de Concursu credit. c. 5. §. 16.* selbiger beygepflichtet. Beruhet dahero in Eu. Churf. Durchl. gnädigsten Gefallen / wie es hierinnen in Zukunfft zu halten.

Probasse vero istam Wittebergensium sententiam illos, quibus resolutio casuum dubiorum commissa, disci potest ex illis, quæ habet *Dn. Bergerus in Discept. forens. Tit. 42. obs. 5.*

4. *Acquisitio hereditatis;*

XXVII. Suos heredes ipso jure acquirere hereditatem, extraneos vero aditione, tyronibus principium juris notissimum est, *§. 2. I. de her. qual. & diff.* ut alios infinitos pene locos taceam. Quoniam tamen Prætoris benignitas suis beneficium abstinendi dedit, jus hæreditarium actu secundo acquisitum non censetur, nisi sese immiscuerint. *d. §. 2. I. d. t. L. 89. ff. de Leg. 1.* Qua de re late differere institutum non patitur. Videri possunt Commentatores Instit. & *Struv. Ex. 34. th. 16. sqq.* Hoc loco illud saltem disquirendum esse puto, *an & in quantum intra diem tricesimum immixtio illa, & aditio,* (qua voce cum nostris latiori significatione & illam in sequentibus significabimus) *cum apprehensione possessionis fieri possit?*

An intra tricesimum fieri possit.

XXIIX. Re-

XXIIX. Recensent vulgo Interpretes tria tempora, quibus hereditas jacens dicitur, ut videre est apud *Coler. Proc. Execut. P. 2. c. 3. n. 378. seqq.* cujus verba plurimos sua fecisse comperi. Nolo jam ista excutere, hoc tamen prætermittere non possum, hereditatem tamdiu jacentem esse, dicique proprie, quamdiu ab herede nondum est adita, spes tamen est de herede, qui adire possit, in quo ultimo a vacante differt, *Coler. all. loc. n. 374. seq.* Quamvis & adita, fictione juris pro jacente per id tempus habeatur, quod cum beneficio Inventarii adeunti a Justiniano est concessum ad Inventarii confectionem, ut scilicet spatio illo nec a creditoribus, nec a legatariis, vel fideicommissariis possit conveniri, *L. f. §. 2. seqq. & 11. C. de jur. delib.* nec, ut recte sentit *Fachin. L. 6. c. 27. Controv.* in rem actione. De his, uti notissimis, plura dicere non attinet, uti nec de spatio deliberandi, quod heredi petenti concedi solet, *§. pen. Inst. de hered. qual. & diff. t. t. ff. & C. de jur. del.* quo beneficio, dum interim jacet hereditas, adhuc hodie, qui vult, uti potest. *d. L. f. §. 13. seqq. Dec. El. noviss. 57.* Omnia tamen ista locum tunc habere, certum est, quando heres, vel abest, vel ignoratur, vel deliberare secum vult, an adeunda sit, nec ne hereditas delata? vel saltem quando cum beneficio inventarii adiit, tempusque huic statutum nondum effluxum est. Utrum autem, si ille præsens sit, quem heredem esse constat, vel saltem, qui se putat esse, statim post mortem (nam ex intervallo etiam non apertis tabulis id fieri posse, nullum dubium. *L. un. §. 5. C. de Cad. toll. Don. L. 7. c. 5. Lit. B.*) adire possit, dissentientes DD. reperio. *Bartol. in L. 17. C. de jur. delib. & in L. ult. n. 16. C. de Edict. D. Hadr. toll.* & qui illum sequuntur, putant, quolibet die a tempore mortis heredem adire posse hereditatem, imo propria autoritate vacantem occupare. *Mev. ad Jus Lub. P. II. t. 2. art. 27.* Alii secus opinantur, existimantes, ante nonum diem a morte defuncti jure civili hereditatem non posse suscipi, quam sententiam ex *Novell. 115. cap. 5. & Auth.*

Hereditas quamdiu jaceat?

An statim adire possit præsente herede? Bartoli opinio.

Sed

Sed neque. C. de Sep. viol. Struv. Ex.34.th.29. tuetur. Conf. *Coler. L. 2. Dec. 202.* Si quid ego ſententiam dicere mihi lice: non puto, hæc loca id efficere, ut indiſtincte ultimæ ſententiæ ſubſcribi oporteat: uti nec & prima ſimpliciter admitti poteſt. Ut autem eo felicius me expediam, illud ſupponendum eſt, aditionem hereditatis multum differre ab occupatione poſſeſſionis rerum hereditariarum. Quandoquidem teſte Javoleno *in L. 23. ff. de Acquirend. vel amittend. poſſ.* adita hereditate omnia quidem jura ad nos tranſeunt, poſſeſſio tamen niſi naturaliter comprehenſa ad nos non pertinet. Quod & idem *Paulus in L. 30. §. 5. ff. eod.* tradit. (*Ad L. 30. pr. ff. ex qv. cauſ. majores. & L. 1. §. 5. de acqv. vel amitt. poſſeſſ.* reſpondebimus.) Quod ſi itaque de aditione ſola, & quidem de illa, qua verbis animus adeundi declaratur, quæſtio ſit, nullus dubito, quin ſententia Bartoli ſit vera, quod ſcilicet quolibet poſt mortem die, etiam intra nonum, aditio hæc fieri poſſit, cum iſta extra judicium ſine ſtrepitu queat fieri, nec luctus relictorum impediatur, aut inquietentur hi iſta declaratione. Sed cum & declaratio animi re ſeu facto contingere poſſit, de hac idem ſentio: ſi modo ita res & factum ſe habeat, ne in Conſtitutiones Juſtiniani *Nov. 115. c. 5.* peccetur. Ubi obiter noto, ex ſuſcepta cura funeris nec pro herede geſtionem, neque aditionem præſumi; tutius tamen illum facere, qui teſtatur, ſe illo animo non funerare. *L. 14. §. 8. ff. de Relig. & ſumtib. fun.* At vero, ſi de apprehenſione poſſeſſionis quæras, vacuæ ſcilicet, (nam ſi non vacua, aliunde impedimentum adeſt) *Dn. Struvii* ſententiam regulariter eſſe veram, arbitror: quoniam hæc occupatio ſine ſtrepitu, turbatione luctus, & ſine inquietatione viduæ & relictorum in ædibus defuncti degentium, licet non poſſideant, fieri nequit. Quod ſi tamen caſum ponas, ubi omnia hæc ceſſant; e. g. ſi poſſeſſio in rebus a domicilio defuncti remotis apprehendatur, aliter erit dicendum. Nec puto, delinquere eum, qui rerum ſervandarum cauſa ſollicitus eſt, & in hunc

Aditio & occupatio hereditatis differunt.

Bartoli ſententia quando vera?

Struvii ſententia quando admittenda?

in hunc finem intrat ædes, vel villas defuncti. *L. 1. & 5. ff. qv. ex cauſ. in poſſ. Jac. Schult. P. I. Quæſt. pract. XXI. n. 8.* Pariter apprehenſio illa fieri poterit, ſi metuat ab alio impedimentum, aut contradictionem: quo caſu, uti & præcedenti officium Judicis implorare poteſt, ut per miniſtros cum comitetur, & tueatur ipſum, ne impediatur. *Mev. ad Jus Lub. P. II. T. 2. art. 27.* Quod ſi autem ab aliquo poſſeſſio jam occupata, ſive jure, ſive injuria, quærasque: *utrum jure adverſus illum agi poſſit intra hoc ſpatium:* intereſſe puto, an ex illis perſonis, quædam occuparunt poſſeſſionem, quarum mentio fit *Novell. 115. c. 2.* an alia. De priori nego, ob diſpoſitionem *c. 5. d. Nov. 115.* de poſteriori affirmo: quoniam hic ratio ceſſat.

XXIX. Hæc ita Jure communi. Jam quid Jure patrio obtineat, diſpiciendum: Antequam autem id faciamus, præjudicialis quaſi quæſtio eſt expedienda. *Utrum in foro Saxon. aditio hereditatis adhuc in uſu ſit?* Negat hoc *Coler. L. 1. Dec. 68. num. 13. & Dec. 20. num. 6.* ex quo infert, hereditatem, quantumvis non aditam, indiſtincte transmitti. Quam ſententiam & probat *Schulz. in Synopſ. Inſt. Tit. de hær. qual. & diff. lit. C. Richt. L. 1. Dec. 67. num. 26. Carpz. P. 3. C. 14. D. 15.* Qui tamen ipſe mox *D. 29.* hoc aſſertum *num. 4.* in dubium vocat. Merito id fieri ego puto: ſiquidem nullibi Jure Sax. cautum legimus, hereditatem ſine acceptatione devolvi, transmittique indiſtincte. Qua de cauſa cum Jus domeſticum ſileat, recte hac parte Jus Civile ſequimur, præſertim cum ex illo nihil adduci poſſit, quod uſum Juris Communis impediat, quin & animi quadam declaratione opus eſſe, ex *art. 28. & 29. Lib. 1.* LandR. ſatis apparet. Plane ex eo, quod, uti ſupra dictum, heres ultra vires hereditatis non teneatur, colligi non poteſt, aditionem inutilem, & non neceſſariam eſſe: cum & alias illi, cui eſt delata ſucceſſio, non commodum eſſe queat, adire hereditatem, & exponere ſeſe ſine commodo oneri reſpondendi creditoribus. Atque adeo declaratione quadam opus, an ille, cui fuit delata ſucceſſio

Aditio in Saxonia an in uſu?

Affirm.

cessio, velit sese immiscere, aut hereditatem adire; quo non facto, ne quidem scire, vel dicere possumus, quem heredem esse. Quid quod in hisce terris aditionis usus quam maxime patet ex *Dec. Noviss. 57. & Resol. Gravam. de anno 61. §. 20. & 70.* Sane olim jam Lipsienses Stabini illam agnovere, quod testatur sententia a *Beato* ralata *P. II. de ult. vol. c. 23.* His ita positis, nullus dubito, de aditione secundum Jus Saxon. eadem dicenda esse, quæ supra quoad Jus commune a me asserta, illam scilicet durante adhuc spatio tricesimali fieri posse, cum nec ullibi id prohibeatur, nec ratio quietis tricesimalis id impediat.

Possessio in heredes non transit ipso jure.

XXX. Si verum esset, quod aliqui ex Neotericis volunt, in Germania omni, & præsertim in Saxonia, ipso Jure possessionem in heredem transire, quam sententiam late propugnat *Carpz. Dec. 225. num. 18. Schilt. Ex. 5. §. 12. & 57. & Ex. 49. §. 8.* frustranea foret quæstio de apprehensione possessionis, seu occupatione rerum hereditariarum, cum & illa simul cum aditione fieret. Sed quia ista sententia præsertim in Saxonia nostra plane est explosa, cum natura impossibilis sit possessionis transitio vera; de ficta autem in Legibus universalibus Germaniæ, (nam si hic, vel illuc particulares extant, ut in *Duc. Magd. Ord. Proc. C. 44. §. 11.* illæ nos hic non morantur.) nec Jure Saxonico quicquam habetur, prout tum ab aliis, tum *in Diss. D. Kressii sub præsidio Magnif. Dn. Ordinarii Straussii anno 1693. habita: de Herede ipso jure non possidente*, erudite lateque demonstratum: utique restabit locus dictæ quæstioni. De qua sic habendum est, heredem intra tricesimum possessionem hereditatis apprehendere non posse; posse tamen intrare, vel ingredi bona rerum servandarum & custodiæ causa, sed absque potestate administrandi & disponendi libere circa res hereditarias. Quod dogma Dd. Saxonici agmine quasi facto propugnant, probareque solent ex famoso textu Juris Saxonici, *L. 1. art. 22. ib.* der Erbe mag wohl einfahren zu der Wittibe &c. Qui textus in vetustiore

An intra tricesimum in Sax. possessio apprehendi possit?

ſtiore Codice ſic habet: der Erbe muß wohl fahren zu der Wettben in das Huß oder Gut / ehe den drißigeſten / durch das er bewahre / daß es nicht verlahren wurdt / das an inn gehöret. Mit ſeyme Rathe ſal auch die Frawe Bengrafft / und drißigeſte thun / anders en ſal er keine Gewalt haben an deme Gute biß an das drißigeſte. *Gloſſ. ad d. text. Rothſchiz.* von der Mitgifft / *Tit. 25. num. 8. Coler. de Proc. Exec. P. II. c. 3. n. 382. ſeqq. Schultes. P. I. qv. 21. Carpz. P. III. c. 14. d. 16.* & alii quam plurimi. Similem diſpoſitionem, mutatis tamen paululum verbis, Speculum Svev. habet *d. l.* Da ein Mann ſtirbt und ein Weib hat / und nit Kind (Kinder) hat / die do erbent (erben /) ſollen die Erben zu der Wittwen uf (auff) das Guth fahren / untz (biß) zu den dreyßigſten / durch des ſie bewahren / daß das Guth icht geſtohlen werd / des ſie angehört. Eadem fere in Jure Lubecenſ. reperiuntur *art. 27. t. 2.* aliis tamen verbis, quæ transſcribere non vacat, & apud *Mevium* legere poteſt, qui vult.

XXXI. Scilicet non tantum in favorem heredis, ſed etiam in odium ipſius tendit hocce ſpatium, quando nempe ſimul honorem defuncti, & favorem ſuperſtitis conjugis reſpicit. *Carpz. P. III. C. 14. D. 16.* Noluere enim patrii Juris conditores, ut heres vulturio quodam more bonis relictis inhiet, ſtatimque aut mox poſt momentum mortis illa ad ſe rapiat, impediatque luctum, & juſta defuncto perſolvenda. Dixi etiam & ſupra, *Th. 17.* ſuperſtitis conjugis habendam eſſe rationem: quandoquidem Jure Saxonico maritus & uxor bona communia quoad poſſeſſionem & uſum habent, LR. *L. 1. art. 31. ibi:* Mann und Weib haben nicht gezweiet Gut zu ihrem Leibe. *art. 45. ibi:* Daß er mit ihr in der Gewehr ſitzet. *C. 33. P. III. ibi:* Dieweil die Wittib mit dem Mann bey ſeinem Leben in gleicher Gewehr geſeſſen. *Carpz. P. II. Conſt. 25. def. 8.* quod tamen uti Collegio JCtorum Wittebergenſium, cum juberetur 1688. ut de hac re ad Sereniſſ. Elect. Sax. referret, viſum, ad ea bona, quorum poſſeſſionem ſuperſtes conjux, vivente adhuc defuncto, per adminiſtrationem, vel alias vere adeptus,

ptus, reſtringendum. Vid. *B. Ziegl. de Succeſſ. ſtat. Witteb. qv. 1. in fin.* Quæ cum ita ſint, inde ſequitur, tali caſu nec poſſeſſionem eſſe vacuam, atque ſic eo minus poſſe occupari res heredisarias ab herede. Conf. *ſuperius dicta Th. 17.* Quoniam tamen heredis maximopere intereſt, ne interim diſſipentur bona, iniquum viſum, eum prohibere, ne intret in ædes & curam gerat, ut conſerventur. Qua de cauſa hæc omnia conceſſa in textibus allegatis leguntur. Ubi quoad veterem textum Juris Saxonici illud notandum, vocem muß ratione heredis non inferre quandam abſolutam neceſſitatem, ſed hypotheticam ſaltem, ſi nempe id, quod ſui intereſt, curare cuſtodireque velit. Iſta vero cura non infert adminiſtrationem, quæ conjugi ſuperſtiti adhuc competit, ſed tantum hoc heredi commiſſum, ut videat, ne quid alienetur, aut diſſipetur, atque ſuperſtes conjux frugaliter, & ad uſum ſaltem bonis utatur, probeque adminiſtret. Id quod verſus Juris Saxonici anders ſatis indicat. In Jure Svevico verſiculus ille non habetur, puto tamen vi argumenti a contrario ſenſu idem Jus Svevicum, ac Saxonicum velle, atque dum cuſtodiam admittit, reliqua prohibere. Clarior eſt Juris Lubec. diſpoſitio, quæ diſertis verbis eſt concepta: Sonſten ſoll er an dem Guthe keine Macht haben.

An etiam, ſi uxor mortua?

XXXII. Cæterum cum textus Jur. Saxon. tantum loquatur de caſu, ubi maritus mortuus, quæritur: *an etiam ad caſum, ubi uxor mortua, hæc diſpoſitio trahenda?* Affirmativam mihi placere, jam tum innui, quando in præcedenti theſi de ſuperſtite conjuge in genere dixi. Hoc vero ex identitate rationum fluere, puto: ſiquidem omnes illæ, quæ ſupra allatæ, ad hunc caſum applicari poterunt, ſi ſuperſtes ſcilicet eſt maritus mortus uxore. Hoc enim mihi concedi velim, in Jure conſvetudinario & ſtatutario locum eſſe interpretationi huic extenſivæ: *Franzk. de LL. n. 16.* Quod principium efflagitat, ut idem quoad Jus Svevicum ſentiam, & eo magis cum voce Mann / vel ſexu maſculino etiam regulari-

gulariter fœmineus comprehendatur. *DD. ad L. 1. de V. S.* Jus Lubecense omnem tollit dubitationem, quando diserte ait: haben Mann und Weib. Saxonicum Jus nullam facit distinctionem, an liberi adsint, nec ne: atque adeo, quod de aliis heredibus dictum, ad heredes, qui liberi sunt, pertinere quoque arbitror, præsertim cum nulla congrua diversitatis ratio dari posſit. Imo & hi magis adhuc, quam alii consulere debent honori defuncti, nec superstiti conjugi esse graves. Speculum Svevicum vero differentiam facere videtur, quando diserte dispositionem ad casum restringit, si liberi non adsint heredes, oder nit Kinder hat/ die da erben. Sed quia tamen & illo jure quies tricesimalis recepta, puto, verba ista *princip. in Tit.* von Erbtheil/ exempli causa esse saltem intelligenda, non ut reliquos excludant casus: præsertim cum tantum *d. l.* de eo agatur, heredem liberis non extantibus posse custodiæ causa intrare in bona, non quod non posſit apprehendere vere possessionem. Si enim heres extraneus intra tricesimum custodiendi causa ingredi potest; multo magis liberi possunt, qui jam in ædibus defuncti plerumque morantur. His tamen omnibus datis, non sequitur, occupare vere illos tanquam possessores posse bona hereditaria, sibique statim possessionem vindicare. Jus Lubec. ad casum non existentium liberorum restringit placita, quæ excutere non vacat. Sufficiat *Mevium* allegasse, diligentissimum illius Juris scrutatorem. Sed finge, nullam adesse conjugem, annon tunc saltem occupatio statim potest fieri? Sane illa Juris Saxonici ratio hic cessabit, quæ a communione possessionis inter conjuges desumta est. Sed non cessabunt aliæ. Qua de causa in regula adhuc subsisto. Non possum tamen non illud monere, exceptiones illas, quas supra Jus Civile *Th. XXVIII.* suppeditavit, non respui quoque a domestico jure. Sicuti autem ille ingressus in bona custodiæ causa nulli alii, quam heredi permittitur; ita si vidua, vel alius id impedire velit, judicis autoritas sine dubio implorari poterit. *Coler. Proc. Execut. c. 3. n. 404.*

XXXIII.

Gerada, aut Hergewetta an peti possit intra tricesimum?

XXXIII. Geradam, aut Hergewettam non posse peti aut exigi ante tricesimum, certum est. *art. 15. L. 3.* Land-Recht *Gloss. ad Weichb. Tit. 23. num. 6. Rotschiz. de dote art. 15. n. 1.* Ex quo etiam est, quod præscriptio Geradæ aut rerum hereditariarum currere demum incipiat post tricesimum. *Goldb. de Gerada c. 9. n. 35. Carpz. P. II. C. 3. D. 12.* Interim illud notant DD. Saxonici, posse cognatam intra tricesimum petere, ut ostendatur saltem Gerada, & claves exhibeantur. *Gloss. num. 7. Weichb. art. 23. Rotsch. d. l.* Disceptatum olim fuit inter Saxoniæ DD. *Num vidua statim post mortem intra tricesimum Geradam, Morgengabam & dotalitium propria autoritate retinere, vel occupare possit?* Quod diserte postea prohibuit *Const. 33. Part. III.* Nam licet vivente marito in possessione earum rerum fuerit, *L. 1.* Land-R. *Art. 31.* imo res hæ ad eam jure proprio pertineant: noluit tamen Legislator hac re turbari solemnem illam quietem, & dari occasionem sinistræ suspicionis, & litium inter viduam, & hæredes. *Carpzov. d. l. defin. 2.*

Gerada, Morgengaba, & Commestibilia an possint propria autoritate retineri, vel occupari?

Heres intra hoc spatium ab omnium omnino inquietatione liber esse debet.

XXXIV. Quod si itaque heredis, & viduæ manus intra tricesimum ligatæ, mirum non est, si circa omnes alios, qui a defuncto, vel herede sibi quid deberi putant, idem sit receptum. Atque hoc est, quod DD. Saxonici tradunt, heredem intra tricesimum a nemine inquietari debere, nec tenere illum respondere ulli, vel solvere. *Coler. L. 1. Dec. 70.* Quam in rem præter *art. 22. L. 1.* allegare solent *arg. 15. L. 3. & Gloss. ad d. art. 22.* ibi: dieses müssen auch alle Kläger/ oder die jenigen thun/ welchen man schuldig ist: denn vor dem dreyßigsten soll niemand auff des Verstorbenen Schuld klagen/ auch der Richter nichts daraus pfänden/ noch jemand in das Erbe weisen oder kümmern/ also daß dadurch die Gräbniß/ oder der dreyßigste gehindert werde: nec non *Nov. 115. c. 5.* exque eo desumtam *Authent. Sed neque. C. de Sepulchr. viol.* Quod enim ibi de novem dierum spatio dicitur, id nostri haud absurde ad tricesimale applicant. *Reinb. L. 2. p. 1. diff. 43. p. 6. d. 57.* propter

non

non ſimilem, ſed eandem ipſiſſimam rationem. *Rotſchiz. de dote. a. 26. n. 75.* Conf. *Carpz. P. III. C. 14. D. 15.* Quæ omnia eo magis vera ſunt, quando hereditas (quod quidem fieri poſſe intra triceſimum, antea Th. XXIX. dictum) nondum adita, ſed jacens eſt, per quod tempus & jure communi neque ex vi judicati, neque ex vi pacti cum defuncto celebrati, neque vi ſtatuti manus injectio, vel parata executio locum habet, cum nulla extet perſona, quæ poſſit eo nomine interpellari, vel citari, & ſic in mora conſtitui, prout id late deducit *Coler. Proc. Execut. P. II. c. 3. n. 373.* Ubi tamen diſſimulare non poſſum, meo judicio DD. Saxonicorum effatum, in Saxonia tempus hereditatis jacentis ultra XXX. dies non durare, *Carpz. P. III. C. 14. D. 14.* cum grano ſalis eſſe accipiendum. Et quidem ipſe *Carpz. d. l.* id reſtringit ad caſum præſentiæ heredis. Sed quia ſupponit, præſentem heredem talem fieri ſine aditione, illud dogma vero a me rejectum eſt, fieri poſſe arbitror, ut hereditas adhuc jacens ſit ultra triceſimum, ſi maxime præſens heres: quamdiu nempe adeundi voluntatem verbis, vel factis non declaravit. Quod quando non factum, nullum apud me dubium eſt, quin privilegia hereditatis vacantis adhuc poſt triceſimum locum habeant: quamvis ſecus videatur *Colero de Proc. Exec. P. II. c. 3. n. 382.* Ne tamen lites contra defunctum cœptæ ſufflaminentur, viſum fuit D. Joh. Georgio II. Electori Saxon. *in Reſol. Gravam. de 1661. §. 20.* ſtatuere, ut durante ſpatio deliberandi a procuratore defuncti interim nomine heredum continuentur, ſalvo tamen heredum jure repudiandi, vel abſtinendi. *Dn. Schwendend. Proc. Fibig. c. 2. p. 393.* Cæterum illorum ſententiam probamus, qui exiſtimant, ex *L. 3. C. de præſcript. XXX. vel XL. annor. L. 7. C. de heredit. petit. L. 8. C. de Jure delib.* ſatis probari poſſe, jus immixtionis, & aditionis non niſi lapſu 30. & in Sax. 31. annorum & diei extingui *art. 29. Lib. 1.* Landr. *Struv. Ex. 34. th. 29. Carpz. P. II. C. 3. D. 10.* niſi brevius ſpatium a teſtatore ſit definitum. *L. 72.*

DD. Saxonicorum aſſertum. Quando procedat?

Proceſſus contra defunctum cœptus continuandus poſt mortem.

ff. de acquir. vel omitt. hered. ubi Brunnem. Quodsi autem nullum tempus a testatore definitum, illi, quorum interest, e. c. creditores, legatarii petere possunt, ut certum tempus heredi statuatur, intra quod voluntatem exponat, *L. 23. §. 2. ff. de Hered. instituend. L. 69. ff. de Jur. delib. L. 9. C. eod.* imo & heredes ipsi deliberandi spatium petere possunt. *L. 19. C. de Jure delib.* quod spatium, si specialiter tempus non petitum, annuum est, ex quo quis scivit, delatam esse hereditatem. *d. L. 19.* (vid. tamen *L. 36. §. fin. C. de inoff. testam.*) Si itaque sint, qui urgeant declarationem, creditores, & legatarii, heres vero intra illud non declaraverit voluntatem abstinendi, vel repudiandi, pro eo habetur, qui adiit, & sic in solidum tenetur. *L. ult. §. penult. de Jur. delib.* Si autem substitutus urserit declarationem, nec illa intra annum facta, heres pro repudiante, vel abstinente habetur, atque substituto facit locum. Quod idem est, si proximus gradu exegerit istam declarationem. *L. 69. ff. de acq. vel omitt. hered. ubi Brunnem.* Conf. *Resol. Gravam. Elect. Sax. §. 70.*

Quæ intra tricesimum possint exigi? XXXV. Sunt quidam *a Colero n. 406.* relati casus, ubi solutio peti, & executio decerni potest hereditate jacente, dubito tamen, an illud, quod ibi dictum, ad tricesimale spatium applicari possit. Interim omnibus notissimum, ea, quæ Ecclesiæ, ejusque ministris debentur pro sepultura, non tantum intra trigesimum exigi, verum etiam sepulturam, nisi ante satisfactum sit, aut nunquam, aut ægerrime concedi. Quod licet, utrum principiis juris hactenus enarratis, conveniat, merito dubitaveris, licet quoque Juri Canonico, quod Simoniæ illum accusat, qui sepulturæ ratione quicquam accipit, *c. 8. 9. 29. 40. X. de Simon. c. 12. c. 13. qu. 2.* contrarietur; tolerari tamen, quia mos ita fert, potest, nec invidendum Ecclesiæ, si modo τὸ ἐπιεικὲς non negligatur, & si pauper funerandus, saltem solutionis moræ quicquam indulgeamus, rigrose nimium nil exigentes, ut loquitur *B. Carpz. L. 2. Jurispr. Eccl. D. 374.* Conf. *idem D. 391. d. l.*

XXXVI. Lo-

XXXVI. Locus hic est agere de nobili illa quæstione, quam DD. Saxonici magno conatu movent, tractantque: *Utrum Arrestum intra tricesimum peti possit, & impetrari?* Prolixe hoc negat *Coler. de Proc. Exec. P. 2. c. 3. num. 395. seqq.* cum aliis plurimis, quos recenset ex parte *Carpz. P. I. C. 30. D. 38. num. 1.* quorum nolo repetere rationes, quas allegant; maximam tamen partem ex illis sunt petita, quæ a me hactenus disputata. Contradicit hisce *Arum. Dec. 4. L. 2. Fibig. Proc. P. 2. c. 1. §. 2. Carpz. P. I. C. 30. D. 38.* Totam hanc controversiam facili negocio decidi, atque dissentientium opiniones conciliari posse, puto, si modo observaverimus, Arrestum in Saxonia duplicem ob causam, duplicique modo peti, & concedi: scilicet ut vel exigendi debitum, causa res, vel persona securitatis ergo detineantur, vel sequestrentur; vel ut per arrestum jus reale obtineatur. Neue Gerichts-Ordn. *T. 51.* Arresta, quæ ob priorem causam petuntur, regulariter tum jure communi, tum jure Sax. prohibita sunt; *L. 1. C. de exec. rei judic. L. un. C. de probib. sequest.* N. G. O. *d. l.* Sunt tamen certi casus, ubi arrestum hocce licitum est, qui recensentur *d. T. 51. ubi Martini.* Quodsi itaque de tali arresto, quod fit debiti exigendi causa, per quod vel mortui sepultura impediri, vel etiam heres, aliique relicti turbari, & inquietari possunt, quæstio sit, facile concesserim *Colero* & sequacibus, haud licere illius petitionem, & multo minus concessionem: nisi fortasse summum periculum in mora sit, metuendumque, ne bona in alium transferantur locum, vel dilapidentur, vel heres de fuga suspectus, & in eo loco, ubi negocium vertitur, possessionatus non est. Quibus casibus injustissimum foret, denegare istam arresti impetrationem. *Martini T. 51. §.* Oder aber. *Vid. Carpz. P. I. C. 30. D. 38. num. 3. Arum. d. l. num. 15. & 51.* At vero, si de eo arresto sollicitus quis sit, quo jus reale in bonis debitoris quæritur, & obtinetur, *Arumæi & Carpzovii* probo sententiam. Postquam enim arrestum hocce apud Judicem jus reale, & prælationem

Arrestum an intra tricesimum peti queat.

Coleri sententia.

Arumæi & Fibigii.

Decisio Quæstionis.

nem obtinendi causa petitur solum, & impetratur, nec petitione ista heres statim in jus vocatur, nec manus injectio intuitu rei vel personæ fit, nec sepultura impeditur, nec lugentes inquietantur, non video, quomodo hæc creditoris vigilantia illicita esse queat, viderique possit, injuriam illum facere, qui jure suo, lege permittente, nullibique prohibente, est usus. Ut taceam, non temere hodie concedi arrestum, nisi probabilis conjectura adsit de facultatibus lapsis. Neque etiam quicquam efficere potest, quod persona non adesse dicitur hereditate jacente, adversus quam arrestum peti possit. Nam si heres jam adiit, objectio hæc statim concidit: si non adiit, ficta persona hic sufficit, hereditas nempe, quæ defunctum repræsentat, cujus res vinculo ligare satagit ille, qui arrestum petit. Quod si dixeris, inquietari heredem tunc, si arrestum denuncietur, negaverim illud, dum denunciatio ista sine molestia, aut turbatione quietis facile fieri queat; ut ne dicam, illam non absolute necessariam videri, sed saltem ideo fieri, ut in bonis postea alienatis jus quoque reale arrestans exercere queat. *argum.* §. *4. tit. 51. Ordinat. Jud. El. Sax.*

Fatale renovationis arresti quando incipiat?

XXXVII. Hæc dicta sufficiant de famosa illa quæstione: cujus occasione non possum mihi temperare, quin de eo quæsito in medium quædam proferam, de quo dubitatum disceptatumque esse inter rerum forensium peritissimos viros, audivi: *Utrum scilicet fatale renovationis arresti currat a tempore petiti, an vero a tempore impetrati seu concessi a Judice arresti?* Scilicet plerumque fieri solet, ut judex statim, quo arrestum petitur, illud quoque concedat: quo casu omnis dubitatio cessat. Sed contingit tamen etiam, ut Judex non statim petitis deferat, sed post intervallum demum arrestum petitum decernat: hoc itaque casu hæc quæstio locum habet, a quo tempore renovationis istius terminus fatalis inchoandus? Ego, qui de experientia forensi gloriari non possum, miratus sum, dubia hæc esse, quæ ob frequen-

tiſſimum uſum certiſſima putavi, & quæ practica forenſi comprobari, harum rerum peritiſſimus *Carpzovius* jamdudum *T. 21. Proc. art. 4. num. 12. & Dec. 79.* & jam alii ante illum aſſeruere. *Berl. P. I. Dec. 106.* Sed quicquid ſit de uſu hodierno, de quo aliis judicare liberum eſto, ſi ex jure ſcripto deciſio petenda, veriſſimam puto *Carpzovii* ſententiam, tempus ſcilicet renovationis a die non petiti, ſed impetrati arreſti eſſe computandum: quippe quæ tum textibus expreſſis, qui omnem, quæ notiſſima Dd. vox eſt, tollunt dubitationem, tum ratione quoque innititur. Textus autem illi habentur in *C. 29. P. I. Tit. 51.* R. G. O. §. Wie aber nun. in quorum illo hæc verba: Alsbald wenn ihm der Kummer geſtattet / in hoc vero: ein jeder Kummer / alsbald er verſtattet / von 14. Tagen zu 14. Tagen / reperiuntur; quibus quid quæſo clarius eſſe poteſt? Neque etiam hæc diſpoſitio ratione deſtituitur, quandoquidem renovatio arreſti arreſtum præſupponit, quod certe renovari nequit, niſi antea præexiſtat. *arg. L. ult. ff. de collat. bon. L. 1. §. ult. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* Exiſtere autem nequit, niſi conceſſum a Judice, cum ſola petitione partis arreſtum factum eſſe proprie ita dictum, neque unquam dixerit. *Martini ad §. 10. tit. 51. Ord. Jud. num. 10.* Nil moror, quod vulgo dicitur, Arreſtum retrahi ad primum initium: nam id de effectu juris realis intelligendum eſt, quod a momento petitionis creditor legitime proſequens arreſtum ſibi acquirit, ita, ut omnibus, qui poſt ipſum arreſtum petiere, præferatur, R. G. O. *Tit. 48. Moll. Sem. L. III. c. 44. num. 14. Carpz. P. I. C. 28. D. 144. 145.* atque adeo ad formam arreſti contra clariſſimas Conſtitutiones trahi neutiquam poteſt. Unus tamen locus eſt, quem adverſam ſententiam tuentes in partes vocant *in Reſol. Gravam. de anno 1661. §. 9.* ubi id habetur: Auch wegen deſſen Verneurung / und Ubergebung der Kummer-Klage a tempore Regiſtraturæ, NB. wie ſonſt bräuchlich / gehalten werden. Sed quia locus hic voce *Regiſtraturæ* utitur, quæ tum de Regiſtratura oblationis libelli

belli

belli supplicis, seu petiti arresti, seu præsentati; tum etiam de registratura concessionis, seu impetrationis intelligi potest: nescio, qua ratione ex ambigua hac voce sententia defendi queat, quæ apertissimis Constitutionibus, & rationi adversatur. Quin potius hic textus ex illis explicandus est, & ideo præsertim, quia ad usum provocat, verbis: wie sonst bräuchlich/ quam anterioribus Constitutionibus conformem intellexisse Serenissimum Electorem, credibile est, quousque, contrarium usum ante has resolutiones obtinuisse, non est probatum. Quid quod vocabulo *registriren* / *registraturæ*, ipsam concessionem intelligi, series textus *d.* §. *9.* satis docet. Postquam enim ibi Serenissimus Legislator de requisitis arresti, quæ secundum *Edictum Torgav.* & *Ordinationem Proc.* exiguntnr, egit, quibus inter alia etiam id continetur; arrestum non concedendum esse, nisi petens demonstret: daß sein Schuldner mit vielen Schulden beladen / und in Abfall seines Vermögens gerathen sey; subjungit postea, hoc non ita rigorose observandum esse, sondern es sollen hinführo dergleichen Arrest/ wofern die Schuld richtig/ und durch Brieff und Siegel bey Angebung derselben beygebracht / wenn auch gleich der Creditor den Abfall der Nahrung bey dem debitore nicht so gar exacte, oder genau / gleichwohl etlicher massen / bescheinigen kan / registriret werden. Quoniam itaque jus anterius circa concessionem mutare voluit Potentiss. Saxo, de quo in verbis relativis, seu enunciativis egerat; dispositiva verba etiam de eadem concessione esse accipienda, ratio postulat. Intelligo, quosdam mediam hic sententiam fovere & putare, tum a tempore petiti, tum etiam a tempore impetrati arresti renovationem posse computari. Fateor, æquitatem præ se ferre hanc opinionem; sed vellem, rationes, fundamentaque in medium producerentur. Quibus deficientibus, non puto, Juris interpreti licere contra apertissimas leges de jure respondere, aut judici jus dicere. Atque quo eo minus asserto subscribere possim, efficit §.

Wenn

Wenn auch dieser form nicht stricte nachgegangen wird/ sol der Arrest nicht zuläßlich seyn/ auch dergestalt niemals verstattet werden/ mit einer oder der andren renovation oder Einbringung der Kummer-Klage zu anticipiren: qui statim subjunctus est dispositioni, qua, ut tempus renovationis arresti ab impetratione incipiat, jubetur. Cæterum impetratum arrestum non tum demum dicitur, quando a Magistratu recognitio datur, cum ea in unum atque alterum diem nonnunquam differri possit, sed a tempore factæ concessionis, cujus causa Registratura fieri solet, & debet. Conf. *B. D. Zigl. ad T. 51.* N. S. O. *p. 317.* Quem ipsum sententiæ meæ patronum, eumque in re judiciaria versatissimum habere, jucundum est. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ Jam in viam redeundum.

XXXIIX. Videlicet de eo jam dispiciendum: *Utrum intra tricesimum apertura tabularum, vel publicatio testamenti*, quæ quomodo inter se differant, *Hartm. Pistor. Obs. 199.* ostendit, *fieri possit?* Jure Rom. olim testamenta intra triduum, vel quinque dies a præsentibus, ab absentibus vero intra eosdem, postquam adessent, aperienda fuisse, *ex Paulo 4. sentent. 6.* liquet, quem locum *Brisson.* adducit. Quia tamen a Justiniano spatium novendinale introductum, atque tum heredes, tum cognatos ad aperturam citari oportet, qui sine turbatione luctus his actibus vix interesse possunt, nullus dubito, quin juxta novissimas Justiniani Constitutiones intra spatium novem dierum ab his actibus abstinendum sit. Ob eandem rationem jure Saxon. intra triginta dies tabulas aperiri non posse, nec testamentum publicari, recte tradunt *Wesenb. ad Tit. de acqu. vel amitt. poss. num. 7. & Tit. Testam. quemadm. aper. num. 4. Dauth. de Testam. ad L. 2. C. de Testam. p. 391. num. 10. Schilt. Exerc. 38. §. 166.*

An Testamentum publicari possit intra tricesimum?

XXXIX. De Inventarii confectione DD. Saxonicos plerosq; ita loquentes reperio, ut intra hunc tricesimum illud con-

An Inventarium hoc spatio

conficiendum? confici debere, ſtatuere videantur. *Gloſſ. ad T.6. L.1. Zobell. in Gloſſ. lat. ad Tit. ſæpe alleg. 22. lit. a. Zob. P. II. diff. 56.* Quorſum etiam pertinet ſententia Lipſienſium apud *Beat. de Teſtam. & ſucceſſ. P. II. p. 226.* ibi: So ihr in den dreyßigſten keine Fundzedel / oder Inventarium nicht habt machen laſſen; So mögt ihr auch noch zur Zeit / und förder keines machen. *Coler. de Proc. Exec. P. II. c.3. num. 389.* dubitanter de hac re loquitur, contextus tamen docet, illum ejusdem eſſe ſententiæ, intra noſtrum triceſimum fieri oportere inventarium. Sed neſcio, utrum hæc probari poſſint, venioque in eam ſententiam, Gloſſam Sax. & DD. jus civile & Sax. confudiſſe, atque, quod *in L. fin. C. de jur. delib.* de XXX. diebus, intra quos inventarii confectio inchoanda eſt, habetur, ad noſtrum triceſimale ſpatium traxiſſe, id quod allegationes illorum ſatis innuere videntur. Verum non puto, Jure illud factum eſſe, cum plane alia unius, vel alterius ſpatii ratio ſit. Potius ita ſentio, inventarium cum ſine turbatione luctus & ſtrepitu fieri haud posſit, præſertim ſi ampla ſit hereditas, abſtinendum eſſe intra triceſimum ab iſta opera. Audio etiam ex peritisſimis Viris, nunquam intra triceſimum inventarium confici ſolere, ſed poſt triceſimum demum, niſi fortaſſe ſumma quædam necesſitas id urgeat, vel paucæ ſint forte hereditariæ res & viles. Quibus poſitis, facile judicare licet, nec intra triceſimum, uti nec jure civili intra novem dies, eadem ratione licere progredi ad diviſionem rerum hereditariarum, ſeu familiam herciſcundam. *Weſenb. ad Tit. de jur. delib. in fin. Zobell. P. II. Diff. 55. num. 2.*

An diviſio fieri queat?

XL. Nec intra XXX. comeſtibilia poſſunt occupari a vidua, d. *Conſt. 33.* Quoniam enim ea cibaria huc ſpectant, quæ poſt triceſimum ſuperſunt *Art. 22. L. 1. LR. Conſt. 34. P. III.* Ibi *Carpzov. defin. 2.* conſumtorum autem a familia intra hoc ſpatium nulla habeatur ratio. *Conſt. 33. P. III. Coler. P. I. deciſ. 201. num. 10. Carpz. d. l.* conſequens eſt, non dici poſſe, quid loco cibariorum debeatur ante triceſimum finitum; ut ne dicamus

de

de turbatione quietis, quæ divisio cibariorum secum fert. *Vid. infr. th. 45. sqq.* Id vero non abnuerim, licere viduæ intra diem tricesimum, vel ipso die tricesimo denunciare heredi, se esse prægnantem, quod recentiores Codices dicunt, sich beer-hafft beweisen/ quorum verborum loco antiquior Codex, quem Bibliotheca Witteb. publica servat, utitur formula, *L. 1. a. 33.* und sie sich worhafftig beweiset. *Vid. hac de re Schilt. Exerc. 36. §. 125.*

Vidua se gravidam esse intra tricesimum denunciare potest.

XLI. Supra jam dictum fuit, intra tricesimum hereditatem defunctum repræsentare Thes. XVII. Ex quo principio id fluit, onera ac commoda hereditatis esse eadem, ac si defunctus adhuc in vivis esset, atque adeo omnia, quæ intra tricesimum tum familiæ alendæ, tum alterius rei causa necessario expendenda sunt, ex communi hereditatis massa præstanda venire. *Gloss. ad L. 1. a. 6.* LandR. *fol. 31. b.* Hinc porro est, quod intra tricesimum augeatur ex fructibus aliisque accessionibus hæreditas, *arg. L. 20. §. 3. ff. de hered. petit.* atque adeo omnes fructus civiles, quorum dies cessit post mortem durante spacio tricesimali, hereditati accedant, licet res ipsa, ex qua fructus illi percipiuntur, e. g. feudum, non ad heredem, sed alios pertineat successores. *Const. 32. P. III. Hartm. Pist. L. 1. qv. 24. Carpz. P. III. C. 16. D. 8.* quamvis *Colerus* dissentiat, &, in partibus Thuringiæ (intellige iis, quæ ad Lineam Ernestinam spectant) contrariam opinionem receptam esse, dicat *Dec. 286.* Enimvero *Carpz.* illam, quam antea defendimus, sententiam extendit quoque ad eum casum, si dies paulo post tricesimum cessit. *P. III. C. 32. D. 21.* quæ sententia, licet valde æqua videatur, nescio tamen, an rigorem examinis ferre possit. Quemadmodum autem nullum dubium, heredem, qui intra tricesimum adit, sibi præjudicium creare posse, atque privilegia jacentis hac parte amittere, *arg. L. pen. C. de Pact.* siquidem hæc fructuum perceptio illius commodum concernit: ita non puto moram heredis in adeundo post tricesimum, nec absentiam quoque ejus illi, ad quem rei

Fructus civiles quomodo ad hereditatem pertineant?

dominium pertinet, damno esse posse, ita nempe, ut carere illum oporteat ulterius fructibus ex re ad ipsum devoluta. *arg. L. 11. 74. ff. de R. J.*

Redemptio subselliorum Templi.

XLII. Apparet autem ex his, rationem tricesimi quoque haberi in illis, quæ ad hereditatem proprie non pertinent, quale quid sine dubio est Feudum, uti omnibus, qui indolem clientelarum non ignorant, notissimum est. Nescio, annon huc referri debeat, quod in hisce terris intra simile fere spatium proximi cognati cognatæque redimere debeant subsellia templorum, de qua re agit *Carpz. Jurispr. Eccl. L. 1. T. 23. D. 368.*

Tricesimi ratio etiam in publicis habetur.

XLIII. Notum etiam est omnibus, intuitu publicæ rei tricesimalem quietem esse moribus receptam. Quodsi enim mortuus officium gessit publicum, non videmus temere aliquid intra tricesimum innovari, neque surrogari alium in illius locum, qui decessit. Sane Jus Canonicum, diserte improbat illas electiones, quæ sunt factæ viduata Ecclesia ante sepulturam Episcopi. *cap. 36. X. de Elect. Barbos. de offic. & potest. Episcop. P. I. T. 1. c. 3. n. 15.* Imo ubivis fere apud Evangelicos est receptum, mortuo Ecclesiæ ministro non statim alium in ejus locum suffici, nec tricesimo finito, sed differri id, usque dum annus gratiæ, qui vocatur, sit finitus, si modo necessitas, aut salus Ecclesiæ aliud non exigat. *Carpz. L. 1. Jurispr. Eccl. D. 15. 162. 166.* Non possum, quin hic mentionem faciam optimi instituti, quod laudatissimum Collegium JCtorum in hac Academia servat, quando unus ex ordine functus est vita, cui solenne est, ut superstites per tricesimale tempus iis incedant vestibus, palliisque, quibus lugere se collegam serio testantur.

XLIV. Si animus esset, in amplissima Juris publici universalis spatia evagari, adduci forte quædam possent de electione Imperatoria, præsertim illud, quod §. *21. c. 1. A. B.* habetur, Electorem Moguntinum intra unum mensem a die notitiæ obitus Imperatoris continue numerandum, mor-

tem Cæsaris reliquis Electoribus intimare, eosque ad novam electionem convocare debere. Nullus dubito, quin, si Elector Moguntinus in Aula Cæsarea præsens sit, vel si alibi degat, mox tamen notitiam mortis habeat, statim post mortem Imperatoris Coëlectoribus suis casum vacantiæ Imperii significare possit. Nulla quoque lege prohibitum scio, quod Electores, si vel in Aula Imperatoris, vel alibi omnes simul reperiantur, statim post mortem ad electionem accedere possint. Credo tamen, & ipsos aliquod spatium honori defuncti Cæsaris esse tributuros, nisi salus Reip. moram non patiatur. Huic tamen disputationi raro forte erit locus. Sed nec tempus, nec institutum patitur hisce immorari, potius id agendum est, ut ad finem properemus.

XLV. Quæcunque intra tricesimum fieri non possunt & debent, post tricesimum licere, modo alias non prohibita sint, satis liquet. Certum est etiam per tempus hujus tricesimalis quietis creditori nullum præjudicium ex præscriptione oriri posse. *arg. N. 115. c. 5. L. 2. C. de Ann. exc.* Addamus tamen pauca, quorum Jus patrium diserte facit mentionem. Atque primo quidem non possum, quin adducam, quod Jus Sax. injungat divisionem Cibariorum inter viduam Nobilis & heredem, quæ portio vulgo Mußtheil / a necessitate dividendi, dici solet. *Vid. art. 22. L. 1.* LandR. *Constit. El. 33. 34. P. III.* Quæ res & aliis Germaniæ populis non incognita fuit, prout id *Speculum Svev. tit. sæpius alleg.* von Erbtheil satis indicat. Quidnam vocabulo cibariorum, commestibilium, vel Mußtheils intelligatur, DD. Saxonici passim docent, atque ea de re præsertim *Rotschüz. ibique Schultes Tr. de Dote. art. 20. Moller. ac Carpz. ad dict. Const. Elect.* videri possunt, quæ repetere meum non est, præsertim cum jam alias pagellæ præter spem sub manibus creverint. Lubet tamen unam atque alteram quæstionem delibare, si modo primum id monuerim, viduam nec post tricesimum propria autoritate insciis heredibus portionem istam sibi arrogare posse, *art. 22. L. 1.* ibi: Nach diesen

Comestibilia inter Viduam & heredes sunt dividenda.

Non possunt propria autoritate a vidua occupari.

 muß

muß die Frau mit den Erben mußtheilen alle Hof-Speise/ die nach den dreyssigsten überbleibet in jeglichen Hofe ihres Manns/ oder/ wo er sie hat in seinen Gewehren. *Const. 33. P. III. ubi Carpz. d. 3.* quandoquidem nulla divisio sine alterius consensu fieri potest. *L. f. C. Comm. divid.*

Quinam fructus ad Commestibilia pertineant, an in agro post mortem mariti reperti?

XLVI. Disputatum quondam fuit: *num viduæ quid ex illis frugibus debeatur, qui tempore mortis mariti in agro, vel vinea adhuc sunt, ante diem tamen tricesimum in ædes, borrea aut cellas inferuntur.* Ajentium partes sustinet *Zobel. in Gloss. lat. ad art. 22. L. 1.* Lr. *Rotschiz. a. 20. n. 12. Coler. Dec. 60. n. 69.* Sed jam olim Scabinis Lipsiensibus contrarium placuisse, sententiæ testantur post LR. Tit. von Vieh und Getreide. Scilicet volunt hujus negantis sententiæ patroni, saltem tempore obitus in ædibus mariti defuncti reperta esculenta ad commestibilia pertinere, quia textus juris Saxonici illorum saltem cibariorum mentionem facit, quæ gehoffte Speise/ & maritus habuit in seinem Hoffe / oder Gewehr. Quod de illis commode dici nequit, quæ post mortem inferuntur. Quam sententiam lectio Codicis antiquioris nostræ Bibliothecæ publicæ, quæ sic habet: ader wo er sy hatte bynnen seinen Gewähren/ valde firmat; cum recentior legat: oder wo er sie hett in seinen Gewehren. Sed quia supra aliquoties fuit dictum, tricesimali spatio omnia in statu esse fingi, ac si ipse defunctus adhuc viveret, videri forte possit, & illud huc locum invenire debere; & eo magis quidem, cum adversus viduam hoc argumento utamur, ut evincamus, nomine consumtorum intra tricesimum nihil omnino viduæ deberi. Verum cum textus juris Saxonici ab ista regula exceptionem suppeditet, & in dubio res hereditati potius accedere, quam aliis credatur, non multum ponderis hæc objectio habebit. Quicquid hujus sit, negantium sententiam diserte probavit D. Augustus, Saxoniæ Elector *C. 34. P. III.* qua stante, nullum dubium, & idem esse dicendum de frumento, tempore obitus jam demesso. *Carpz. d. l. d. 4.* Item de frumento, quod

quod subditi quotannis præstant, cujus dies cessit intra tricesimum. *Berl. P. III. Concl. 47. n. 6. Carpz. d. l. d. 5.*

XLVII. Elegans Quæstio est: *Utrum frumentum a marito vivo venditum, nondum vero traditum, nec vere, nec ficte, ad commestibilia pertineat, atque viduæ cedat?* De qua tamen Dd. Saxonici silent omnino. Sane ego in nullum incidi, qui expenderit hoc quæsitum. Pro negativa facere videtur, quod uxori vivo adhuc marito nullum jus dominii hac parte competat, quippe cui cibaria illa domestica post obitum demum mariti & quidem, quatenus post tricesimum supersunt, debentur, atque adeo marito integrum fuerit, tanquam domino de re sua libere disponere. Quæ res eo minus dubii habet, si ponamus, venditionem istam in fraudem uxoris haud esse factam, sed vel ob necessitatem, vel quod pecunia ex frumento redacta in alium familiæ usum commodumque vertenda. Accedit, quod emtio venditio statim perfecta sit, simul ac partes inter se de pretio convenerint, & necessitatem tradendi secum ferat, si emtor a sua parte solvendo pretium, vel implevit contractum, vel implere paratus est. Sed quicquid tamen hujus sit, uxoris causa hac parte omnino potior videtur. Num licet venditum sit frumentum, ideo tamen alienatum perfecte dici non potest, *arg. L. 67. ff. de V. S.* cum, quamdiu traditio non facta, sola venditione nec possesio, nec dominium in emtorem transeat. *L. 20. C. de pact. L. 8. C. de Act. emti.* Non refragor quidem illorum sententiæ, qui rectæ rationi adversum non putant, nudis pactis dominia rerum transferri posse. Sed quia hoc jure nos non utimur, frustra est, ad id provocare. Postquam itaque juxta Saxonici juris placita omne frumentum, quod in domo & possesione defuncti mortis tempore est, quoad dimidiam partem ad commestibilia refertur, bona consequentia concludere licet, venditum, nondum vero traditum frumentum viduæ denegari non posse. Quam ipsam sententiam maximopere confirmat argumentum *ex L. 15. C. de R. V.*

An frumentum, vivo marito venditum, sed nondum traditum?

de R. V. Quodſi enim in re duobus ab uno eodemque debita ille potior eſt, qui traditione jus in re prior eſt nactus, potior etiam hic vidua erit, in quam ab ipſo jure morte mariti dominium cibariorum fuit translatum, antequam emtori frumentum traditum, & jus reale acquiſitum. Quo facto necesſitas tradendi frumentum intuitu heredum evaneſcit, cum in poteſtate priorum præſtatio iſta amplius non ſit, ſatisque ſibi fieri putet emtor, ſi ad id, quod intereſt, & ad recuperandum pretium, ſi id jam ſolvit, agere queat; quamvis priori petitione, ſi moram venditoris non probaverit, parum forte efficiet. Et ad iſtam ſententiam JCtorum Witteberg. Collegium menſe Nov. M DC XCIII. reſpondit.

P. P.

Hat G. M. B. von L. zu W. kurtz vor ſeinem Ableben alle ſein auf dem Boden und Scheunen liegendes Getraide B. F. B. von L. vermittelſt eines ſchrifftlichen Contracts, und zwar umb der Urſach willen verkauffet / damit durch das verſprochene Kauff-Geld ſeines Eheweibes verſetztes Geſchmeide noch vor ſeinem Ende eingelöſet werden möge. Nachdem aber beſagter G. M. B. verſtorben / will deſſen hinterlaſſene Wittbe ermeldeten Kauff in Zweiffel ziehen / und die Helffte des verkaufften / aber annoch in ihres verſtorbenen Mannes Guthe zu W. verhandenen / und an den Käuffer nicht übergebenes Geträides nebſt andern zum Mußtheile gehörigen Stücken hinweg nehmen. Dahero der Herr hierüber des Rechten berichtet ſeyn will / nach mehrern Inhalt des uns zugeſchickten Berichts.

Wenn nun gleich ein Weib bey ihres Ehe-Mannes Lebzeiten das Mußtheil zu fodern nicht berechtiget / und dahero dieſem ſein habendes Getraide zu veräuſern unverwehret / in gegenwärtigem Fall auch / daß G. M. B. in fraudem ſeines Eheweibes das Geträide alieniren wollen / nicht zu vermuthen / vielmehr aus denen Umſtänden ſo viel / daß er ſolchen Handel aus Noth

und

und zu Wiedererlangung besagten seines Eheweibes versetzten Geschmeides vorgenommen/ zu ersehen.

Dennoch aber und dieweil des Herren Bericht nach das ermeldete Getraide annoch in des Verkäuffers Guthe zu W. verhanden/und dem Käuffer noch nicht übergeben/ also weder die Possess, noch das Eigenthumb auf diesen gebracht worden/ vielmehr beydes bey dem Verkäuffer verblieben/ und daher besagtes Getraide pro re alienata nicht zu achten:

Arg. L. 67. ff. de V. S.
Franzk. de Laud. §. 14. num. 83.

Hiernechst nach Inhalt der Sächs. Rechte alle das jenige Korn/ und andere Stück/ so zum Mußtheil zu rechnen/ welche zur Zeit des Mannes Absterben in seinem Hofe/ oder Behausung/ oder wie solches die Rechts-Lehrer auslegen/ in seinem Eigenthumb und Besitz gewesen/ so viel davon noch nach dem Dreyßigsten übrig auf die Wittbe zur Helffte bey dem Ableben des Mannes ipso jure verfället werden;

Selbiger auch/ und deren also erlangten dinglichen Recht und Eigenthumb/ der zwischen den verstorbenen Ehemann/und seinen Bruder geschlossen Handel / und das daraus fließende persönliche Recht/ keines weges nachtheilig seyn mag.

Arg. L. 15. C. de R. V.

Endlich dem Käuffer/ wenn selbiger des Verkäuffers Erben/ in deren Vermögen die Ubergabe des verkaufften sämmtlichen Getraides voritzo/ da die Sache in einem andern Stand gerathen/ nicht stehet/dieserhalber Anspruchs zu erlassen nicht gemeynet/ ad interesse zu belangen/ unbenommen.

So erscheinet daraus allenthalben so viel/ daß G. M. B. zu L. hinterbliebene Wittbe/ im Fall sonsten des verstorbenen

nen

nen Mannes Güther zu Bezahlung der Schulden zureichen/ die Helffte des verhandenen Getraides/ nebst andern zum Nuß-theil gehörigen Stücken zu fodern wohl berechtiget. Es wäre denn/ daß offtermeldetes Getraide dem Käuffer durch Zumessung/ oder auf andere Art übergeben worden/ und nur bloß zur Verwahrnüß in des Verkäuffers Hauß und Hof liegen blieben/ also das Eigenthum und der Besitz auff jenen würcklich kommen/ auf solchen Fall hat es dabey billich sein Bewenden/ und ist die Wittbe die beschehene Alienation zu fechten/ oder die Helffte erwehnten Getraides zu fodern nicht befugt. V. R. W.

Conferri potest programma, occasione hujus Dissertationis scriptum, *a M. D. Bergero, eo tempore Fac. Jur. Decano*, quod junctum est *Resol. Lauterb. p. 891.*

Morgengaba.

XLVIII. Quænam Morgengabæ ratio sit, apud DD. Saxon. late quoque traditur. Vid. *Rotschiz. & Schult. loc. sæpe alleg.* Inter species illas, quæ ad Morgengabam pertinent, ædificia carpentata sunt, quod vulgo gezäunet/ gezimmert dicitur. Quibus verbis quid intelligatur, docet *Gloss. ad art. 20. L. 1. fol. 65.* Hoc saltem ideo adduco, quoniam *eodem artic. 20* habetur, viduam intra sex post tricesimum septimanas carpentata ista tollere debere, sed sine pernicie fundi.

Renunciatio tricesimalis quietis an valeat?

XLIX. Plura in medium proferri possent, nisi intra cancellos Academiæ dissertationis subsistendum esset. Antequam tamen finiam, de illo adhuc dicendum mihi superesse video, *Utrum tricesimali quieti renunciari possit?* Ubi quidem in genere respondendum est, eatenus licitam esse renunciationem, quatenus quies ista favorem renunciantis concernit; illicitam vero, quatenus alterius jus, vel honorem, vel honestatem publicam simul tangit, *L. pen. C. de pactis. L. 74. ff. de R. J. Cap. 5. X. de arbitris. L. un. C. de offic. Com. Sacr. larg.* Atque hinc patet, heredem, viduam, illasque personas, quarum *Novella 115. c. 5.* facit mentionem, gaudere hujus spatii

bene

beneficio, si maxime defunctus cum in vivis esset, illi renunciaverit. *arg. L. 1. C. de Usufr. L. pen. C. ut in poss. Legat.* Fluit inde quoque, posse heredem, posse viduam, aliasque personas, ad quas hæc res pertinet, jure suo cedere, atque e. g. heredem pati, ut intra spatium hocce conveniatur, vel solvere; posse porro viduam intra tricesimum relinquere possessionem, atque permittere, ut heres illam solus occupet: modo honestatis ratio non negligatur, corpus defuncti non afficiatur injuria, vel justa, & luctus, præsertim apud illas personas, quæ non tantum ex pietate, sed ob jussum legis lugent, impediantur, vel quisquam alius ex illis, quos Novella indicat, inquietetur. Quod si vero defunctus adeo prodigus fuerit existimationis suæ, ut omnimodo huic renunciaverit quieti, pactusque, ut liceat funus impedire, indignum existimo illum hoc beneficio, *arg. L. 5. §. 1. ff. de statu homin.* eodem modo ut illum, quem more majorum lugeri non oportet. *L. 11. §. 1. ff: de his, qui notant. inf.* ita ut consentientibus illis, quorum interest, nulla plane ratio tricesimalis spatii haberi queat. Quod ita tamen intellectum volo, modo honestas & salus publica non sentiat detrimentum, quod tunc contingit, si nimis diu cadavera jaceant insepulta. Confer. *Svarez. in L. Post rem judic. extens. 5. n. 8. ff. de Re Jud. Thes. 23.* supra *Gutherius de Jure manium L. 3. c. 28.*

L. Superest deinde, ut de pœnis aliquid addam, quæ illos sequuntur, qui tricesimale spatium turbant. Ubi primo quidem notandum, actus susceptos intra hoc spatium omnes, qui non debebant suscipi, esse invalidos, & nullius momenti, ita, ut nullum commodum quis inde consequi possit: *arg. Novell. 115. cap. 5.* circa *fin. L. 5. C. de Leg. Rittershus. ad Novellas P. XIII. c. 6. num. 6. Brunnem. ad L. fin. C. de sepulchro Viol. num. 5.* Rigorosam in illos pœnam esse statutam, qui circa funus peccant, atque impediunt exequias, in Jure

Pœna eorum, qui tricesimale spatium turbant.

Romano, præsertim a Justiniano jam supra *Th. V.* dictum fuit. Anticipavi etiam *Thes. XXIII.* applicationem ad nostrum hodiernum statum: in qua sententia subsisto. Quia vero inter illas pœnas amissio debiti quoque est, dubium videtur: *an in Saxonia illi possit esse locus*, cum multi Dd. Saxonicorum testentur, Jure Saxon. ob privatam vim amissionem juris non habere locum, nisi forte vis armata manu facta sit. *Gloss. ad L. III.* LR. *artic. 43. Coler. dec. 125. 155.* Sed quicquid alias de ista sententia sit, quam docte confutavit *Schilter. Ex. XI. §. 14.* & Collegia Wittebergensia hodie improbant, *** cum hoc passu de casu *L. 13. ff. quod metus causa. L. 7. C. unde vi. L. 7. ff. ad L. Jul. de vi privata*, in genere quæstio non sit, de quo Saxonici DD. loquuntur, sed de speciali & plane singulari, ubi non tantum odium vis, sed etiam favor sepulturæ adest, existimarem ego quidem, illam Saxoniæ Interpretum opinionem, si maxime vera sit, huc trahendam non esse, sed in dispositione Juris civilis acquiescendum, cum domesticum nullam suppeditet decisionem. Conf. *Farinacius L. 1. T. 2. qv. 20. n. 139.* cum variis ampliationibus, & limitationibus. *Menoch. A. J. Q. cas. 387.*

Amissio debiti an in Sax. obtineat?

* * *

Præjudicia varia legi possunt in *Dn. Bergeri Discept. Forens. tit. 5. Obs. 6. pag. 152.* ex qua licet simul discere Ordinationem processus recognitam probare usum Legum istarum, tranquillitati publicæ quam maxime consulentium.

Addere visum responsum sequens a Facultate datum Wittebergensi Johanni Langen versus Lubenam M. Julio 1705.

Ist Titius Sempronio 1500. Thl. schuldig worden: Als er nun seinem Creditori nicht innen halten / und die Zahlung so fort leisten können / hat Sempronius nicht nur auf alle des Schuldners Güther arrest geleget / sondern sich auch unterstanden ohne Begrüssung der Obrigkeit dem Titio von freyer Strasse 9. Centn. Wachs / ingleichen aus dem Brauhause 20.

Schl.

Schl. Maltz eigenthätiger Weise wegzunehmen/ und sich zuzueignen: Dahero ihr hierüber/ ob nicht Sempronius nach klaren Inhalt der Rechten/ sonderlich des Edicti D. Marci in *L. Extat. 13. ff. Quod metus causa. & L. Si quis in tantam. 7. C. unde vi.* sich seiner Anforderung gäntzlich verlustig gemachet? des Rechten berichtet seyn wollet/ nach mehrern Inhalt des uns zugeschickten Berichts.

Wenn nun gleich viel Rechts-Lehrer in denen Gedancken stehen/ daß obangezogene und zu Beyhaltung der gemeinen Ruhe und Tranquillität abzielende rechtliche Verordnung auff Teutschen/ sonderlich aber auff Sächs. Boden keinesweges in Ubung/ und auf selbige in Rechtsprechen kein Absehen zu nehmen einige auch aus denen Sächs. Rechten selbst.

LR. & Gl. Lib. 3. art. 43. & 47.
Weichb. a. 26. & 28. ubi Gl.

diese Meynung/ daß in dergleichen Fällen besagte Sächsische Rechte bloß eine Arbitrar-Straffe erfordern/ zu behaupten pflegen

Carpzov. P. III. C. 33. D. 3. & 4.
& Decis. 169. th. 16.

Dennoch aber und dieweil die Römischen Rechte auff Teutschen Boden recipiret/ auch so lange nicht dargethan/ daß sie/ so viel ein und andere Verordnung betrifft/ wegen eines älteren Teutschen Rechtes nicht angenommen werden können/ oder wieder abgeschaffet worden/ bey selbigen es billich zu lassen/ hingegen aus denen Teutschen Rechten/ wie sie den Verlust einer Forderung/ wenn der Gläubiger sich selbst durch eigenmächtige Hinwegnehmung des Schuldners Güthern bezahlt machen will/ verbiethen/ so wenig als eine gäntzliche Abschaffung dieser rechtlichen Dispo-

ſition bißhero erwieſen; geſtalt denn aus denen angezogenen Sächſ. Rechten dergleichen gar nicht zu erhärten;

Dn. Schilt. Ex. XI. §. 14. 15. 16.

Vielmehr in denen Reichs-Conſtitutionen die Römiſchen Rechte dißfalls ausdrücklich confirmiret/

Ord. Cam. Wormat. de ann. 1521. Rubr. 32. Wie es in Irrungen der *Poſſeſſion.* §. Und ob ſich. *2. Rec. Imp. de ann. 1532. t. 11. §. 15.*

Auch in vielen Sächſiſchen und andern Dicaſteriis und Rechts-Collegiis bißhero nach Innhalt des allegirten *L. Extat. & L. Si quis in tantam.* geſprochen worden.

Dn. Stryck. in Uſ. Mod. ff. tit. quod metus cauſ. §. 9. Dn. Berger. in Reſol. Lauterb. tit. quod legator. p. 760. & de uſu action. pœnal. §. 29. p. 49.

Endlich in facto von euch keine Umbſtände/ aus welchen eine Exceptio a regula, de qualibus exceptionibus agit.

Menoch. in remed. recuper. poſſ. 5. n. 9. Schilt. d. l. §. 17.

entſtehen kan/ angegeben werden.

So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel/ daß Sempronius ſich ſeiner Anforderung verluſtig gemacht. V. R. W.

De pœna illorum, qui turbant quie-

LI. In *Nov. 115. c. 5.* ubi novendiale illud ſpatium Juſtinianus præſcripſit, nullam pœnam reperio conſtitutam præter nullitatem actus. Nullam etiam certam pœnam in Jure Saxonico invenio ſtatutam in turbatores triceſimalis

quietis

quietis. Dicendum ergo videtur extra casum, quando sepultura impeditur, nullam plane pœnam publicam hac parte locum invenire. Quoniam tamen res hæc mali est exempli, non dubito, quin ad religionem Judicis pertineat, animadvertere pro re nata in turbatorem quietis tricesimalis. Quod si etiam illam turbationem factum aliud comitatur, cujus intuitu pœnam jus statuit, nullus ambigo, quin eam subire debeat, qui deliquit. Hinc, si intra novem dies quis sibi ipsi, sepulto jam corpore, jus dixerit, atque rem, quam suam esse, vel sibi deberi putavit, privato ausu, vel vi abstulerit, vel apprehenderit, nullus dubito, quin decisio *L.13. ff. quod metus causa. L.7. C.unde vi &c.* inveniat locum. In Saxonia vero nostra, stante illa Saxonicorum Doctorum hypothesi, quam Th. præced. indicavi, non amittet rem, vel jus suum, qui intra tricesimum rem sibi debitam propria autoritate occupavit. Atque ideo concludit *Carpzov. P. III. Constit. 33. def. 4.* viduam lucra muliebria intra tricesimum propria autoritate occupantem, & apprehendentem, quod ob vitandam sinistram suspicionem & lites inter viduam & heredes prohibitum diserte *Part. III. Const. 33.* non perdere jus suum. Etsi vero, ut jam antea dictum, illam Saxonicorum Doctorum sententiam non probamus, quod textus Juris Saxonici neutiquam contineant hanc quæstionem, nec amissionem juris prohibeant, vel injungant, atque adeo res ex Juris Romani placitis, & Imperii Constitutionibus definienda, cum ex Glossis, & Doctoribus Saxonicis sibi contrariantibus, nihil certi pro usu & observantia constanti doceri queat: *Schilter. d. l.* tamen vidua ab illa pœna immunis dicenda erit, quia, ut supra *Th. XXXI.* dictum, & vivo marito in communi omnium rerum possessione fuit, & in eadem possessione post mortem mansit, atque adeo non potest dici, ipsam alienam possessionem involasse, & vim fecisse. Cæterum post tricesimum indulget diserte Constitutio viduæ, ut propria autorita-

tem tricesimalem.

te capiat muliebria lucra, sed ita, ut, si absens heres, postea inventarium, vel juratam specificationem edat. Excipiuntur tamen comestibilia, quæ nec post tricesimum, insciis heredibus, capi possunt. *Th.XL.* In eo tamen consentiunt omnes, viduam tali casu, uti & omnem illum, qui propria autoritate rem apprehendit, arbitraria pœna affici posse. *art. 43. 47. L. 3.* LandR. *Berlicb. Part. III. Conclus. 46. num. 13. Carpzov. d. l. def. 3. num. 6.* Sicuti & vidua isto casu id sibi negotii accersit, ut quid acceperit, deficiente justo inventario, juramento indicare teneatur. *d. Const. 33. Carpz. d. l. def. 5.* Atque hæc sunt, quæ de die tricesimo pro ingenii facultate in medium proferre volui. Deo vero O. M. pro auxilio his conatibus præstito sit laus atque gloria!

* * *

Ne charta hæc vacua relinquatur, addere visum fuit responsum Collegii Witteberg. datum M. Jun. A. M DCC IV. de rebus quibusdam ad Geradam, Morgengabam, & Comestibilia pertinentibus.

P. P.

So sind nach Inhalt derer Sächß. Landüblichen Rechte zu einer Adelichen Witwe vollen Gerade alle Schaafe weiblichen Geschlechtes/ ohne Unterscheid/ wo die seyn/ in Schäfereyen/ und in Forwergen stehend/ die des Mannes gewest/ oder zur Miethe ausgethan/ ingleichen alle bey des Mannes Ableben verhandene Lämmer/ so noch saugen/ so wohl alles junge Schaaf-Vieh/ ohne Unterscheid des Geschlechtes/ so nach Ableben des Mannes von obgedachten Schaafen gefallen/ sammt der Wolle/ so die Schaafe/ da der Mann gestorben/ noch getragen/ nicht aber die Hämmel/ Stier/ und bey des Mannes Leben abgesetzte Lämmer Männlichen Geschlechtes/

Carpz.

Carpz. P. II. C. 14. D. 22. 23. 24. Goldb. de Gerad. C. 4. n. 34. Ferner die Endten / und Gänse weiblichen / nicht aber männlichen Geschlechtes / gestalt die Worte des Weichbildes *Art. 23.* und LR. *L. 1. Art. 24.* in hac materia exorbitante in sensu specialissimo, und stricte anzunehmen / dann nur ein Waschkessel / wenn gleich mehr verhanden; Weichb. *Art. 23. Carpz. P. II. C. 14. D. 35. Resp. Witt. apud H. Pist. L. 1. Qv. 32.* ingleichen alle Bade-Becken / LR. *L. 1. Art. 24.* nicht aber die Hand-Becken / als welche zum Erbe gerechnet werden / *Carpzov. d. l. D. 36.* geschliessene Federn: *Gloss. ad Weichbild. art. 23. fol. 51. 28. Coler. Dec. 60. num. 31.* ingleichen die ungeschlissenen / *Gloss.* LehnR. *art. 56. fol. 129. b. Richt. de Succ. ab Intest. Sect. IV. M. 3. p. 453.* gehörig. Und ist / was übrigens zur Gerade gezehlet wird / aus denen angezogenen Rechten / und Dd. zur Nothdurfft zu ersehen. Die Kutsch-Pferde aber mögen als Gerade-Stücken / weil solche nirgendswo darzu referiret sind / nebst dem Hanff / *Carpz. P. II. Constit. 14. Decis. 39.* von der Wittwe mit Bestande Rechtens nicht gefordert werden. Immassen auch dieselbe bey der Morgengabe das Vieh männlichen Geschlechts / als Pferde / Rinder / Böcke / Schweine geschnitten / und ungeschnitten / ingleichen die Mutter-Pferde / so täglich zu dem Acker-Bau und Reisen / oder sonst gebrauchet worden / zu prætendiren nicht befugt. Da hingegen die unbeseelten Mutter-Pferde / wenn sie gleich bißweilen aus Noth mit eingespannet worden / ingleichen alles Feldgänge weibliche Vieh / und unter demselben auch die 1. und 2. jährige Kälber / und Versen / von allen des Mannes Güthern / wenn sie gleich verpachtet / ingleichen das verhandene Bau-Holtz / es mag zu einem gewissen Bau destiniret gewesen seyn / oder nicht / worunter doch das Brenn-Holtz nicht zu verstehen / billich auszuhändigen. *Gloss. ad Art. 20. L. 1.* LR. *Rotschüz. de Gerad. Artic. 17. num. 2. Carpzov. Part. III. Constit. 33. Def. 20. seqq.*

Es ist aber dieselbe die jenigen Unkosten / so nach des Mannes Tode auff Beschlagung des Holtzes / und dessen Anführung gewendet /

wendet/ und zu ihrem Nutzen gereichet/ dessen Erben zu restituiren pflichtig. Und mag dasjenige/ was zum Mußtheile gehöret/ aus dem L.R. *L. 1. A. 22.* so wohl denen Churfl. S. *33. 34. 35. Const. & ibid. Carpz.* zur Nothdurfft erlernet werden/ inmassen auch darunter die Hanff-Körner/ welche von vielen zur Speise gebrauchet werden/ billich zu rechnen. *Richt. de Succ. ab Int. Sect. IV. M. 3. n. 59. p. 450. 452.*

Ad Th. 47. Resp. Scab. Witt. M. Jun. M DCCIV.

Will der Herr/ ob die von seinen Vater/ seiner Wittwen und Tochter legirten 4. Faß Wein von den verhandenen Wein vor allen Dingen abzufolgen/ und hernach erst die comestibilia mit der Wittwen/ und Tochter zu theilen/ des Rechten belehret seyn? Ob nun gleich angeführet wird/ daß dißfals dem Buchstaben des Testaments nach zugehen/ dem Testatori auch von dem seinen etwas zu legiren nachgelassen/ und insonderheit was die Wittwe betrifft/ es das Ansehen gewinnet/ daß/ weil der Wein zum Mußtheil gehöret/ und die Wittwe solchen ex legali dispositione zu fodern befugt/ das legatum animo compensandi geschehen.

Carpz. P. III. Const. 13. Def. 29. n. 6.

Dieweil aber demnach die Wittwe an ihren Antheil der comestibilium in momento mortis mariti, ein jus quæsitum erlanget/ und daher ihr solches durch eine Testamentirliche Verordnung auff keine Wege entzogen/ oder dasjenige/ was ihr ex legis dispositione, und nach der in denen Ehe-pactis ihr gelassenen Freyheit gebühret/ mit einem onere, oder legato beschweret werden können/ vielmehr dergleichen legata, von des defuncti Erben/ darunter die Wittwe nicht ist/ abzutragen/ dann in dem väterlichen Willen deutlich enthalten/ daß der Wittwen unbeschadet dessen was in der Ehstifftung verordnet 2. Faß Wein gelassen werden sollen. So ist vor allen Dingen der Wittwen die Helffte von den post tricesimum verhandenen Wein zu entrichten/ und sind so dann von der übrigen Helffte die legirten 4. Faß zu vergnügen/ V. R. W.



